

Ei Horatius, lib. I, epist. 3:

*Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes jubet esse ratas; in pralla trudit inertem.*

Genit. 8. Putat S. Augustinus, *Quast.* LI, Aaronem, et Augustinus quilibet pontificem ei succedentem, namquā potuisse bibere vinum et siceram, eo quod multo, inquit, singulis diebus debet intrare tabernaculum, ut adoleret incensum. Sed nūlī falso fundamento: putavit enim S. Augustinus altare thymiamatis fuisse in Sancto sanctorum, in quod solus pontifex ingredi poterat, ac conquerenter putat ipse solum pontificem potuisse adolere thymiamam.

Verum Exodi cap. ult. demonstravi altare thymiamatis non fuisse in Sancto sanctorum, sed in Sancto, et consequenter quilibet sacerdotem potuisse in eo offerre thymiamata, uti expresso dicitur I Paral. vi, 40; et II Paral. xxvi, 18. Ita Radulphus.

Vers. 11. 11. PER MANUM MOysi — per Mosen.

Vers. 12. 12. TOLLITE SACRIFICIUM — farreum. Hebraice enim est *mincha*, quod Aquila, teste Isychio, vertit, *dounum de frumento*: vide dicta cap. vi, vers. 46 et 17.

Vers. 13. 13. QUOD DATUM EST TIBI ET FILII TUS DE OBЛАTIONIBUS — Hebreice de *ignotiōibus*, id est de victimis ignitis, vel igne crematis Domino.

Vers. 14. 14. EDETIS IN LOCO MUNDISSIMO — Hebreice mundo, id est *sancto*, ut vertum Septuaginta, et sacrificii dico, videlicet in atrio tabernaculi iuxta altare holocaustum (1).

Vers. 15. 15. EO QD AMUM ET PECTUS, ET ADIPES QUI CREAMTUR IN ALTARI, ELEVARENT CORAM DOMINO — q. d. Quia ex hostia pacifica sacerdotes speciali ceremony elevarunt mibi armum, et pectus cum adipibus (hebreice *cum egiotinibus*, id est cum oblationibus adipum, qui igne Deo commandati sunt), ita ut hinc tria mea sint, cum reliqua carnes hostiae cedant ipsis laicis offerentibus: huc de causa volo, ut propter hanc elevationem, et ministerium sacerdotum, hec tria nobis utrisque cedant, sed ita ut adipes mibi adoleantur, armus vero et pectus cedant sacerdotibus in cubo.

Vers. 16. 16. INTER HEC, HIREM QUI OBLATUS FUEBAT PRO PECCATO (populi, cap. ix, vers. 15), CUM QUERRENT MOYSES, EXUSTUM REPERIT, — eo quod Aaron et filii eius, recenti suorum clade perculsi et mortui, hircum hunc pro peccato comedere non

(1) *e In loco puro, domi nempe, non in atrio, in quo cibum non capiebant exercit et filii sacerdotum. Sed conclave notis immundis impuriorum esse debebat. Manifesto indicatur haec distinctione in hebreo: si enim *Adrum* intelligitur, additur *sancrum*, ut in vers. preceps.; si quilibet locis mundus, seu non pollutus aliquis immundus, illud, si irasceris. Morbus est, aut calamitas? ergo*

possent, uti debebant juxta legem latam, cap. vi, vers. 28, ideoque censerent hircum comburendum esse, uti et carnes alias Deo oblatis ipsis residuas Deus comburi jussicerat, cap. vi, 17.

IRATUSQUE CONTRA ELEAZAR ET ITHANAR. — Aaron parentem omitti, quia magis eum quam fratres tangebat mors filiorum, videbatque eum mereore absorptum.

17. CUR NON COMEDISTIS HOSTIAM PRO PECCATO IN VESTE SANCTO, QUE SANCTA SANCTORUM (valde sancta) EST, ET DATA VOBIS UT PORTETIS INQUITATUM MULTUDINIS? — ut scilicet cum hostiis populi pro peccato simul etiam populi peccata in vos quasi recipiatis, ut illa expiatis, et pro eorum venia Deum deprecemini.

18. PRÆSERVAT CUM DE SANGUINE ILLIUS NON SIT VESTE SANCTA. — Vox præservit hic non

est exceptiva, sed dispositiva et rationalis. Patet ex Hebreo, Chaldeo, Septuaginta, q. d. Omnino oportuit vos, o sacerdotes, comedere hircum pro peccato oblatum: nam de sanguine illius non est illatum istra sanctuarium, nec aspersum altare thymiamatis. Talis enim hostia comedendi debet a sacerdotibus; illa vero cuius sanguis inferebatur inter Sanctorum, non comedendus, sed tuta comburendus extra castra, ut dictum est cap. vi, vers. 30.

19. QUONODO POTU COMEDERE EAM? — Hebreice, *Si comedessis hodie sacrificium pro peccato, an bonum fuisset?* id est an placuerit in oculis Domini? q. d. Minime placuerit, si hoc tempore hanc ceremoniam confessionis servassum: nam in tanta meorum strage et ira Deli, potius tempus est moriori et jejunari, quam festinari et epuli, vel conviviali (2); quam excusationem et satisfactionem ut justam probavit et acceptavit Moses. Recte enim Agesilas, cum subito nocte movens castra cogebat amicum agnum a tergo relinquere, dixit: « Tali causa difficile est simul misereri et sapere. »

Moraliter, discamus hic a Moysi in ira et injuryia facile excusationem admittere, misericordi, animundum lenire, et ad indulgentiam componeare. Est enim haec ira victoria, mansuetudo et clementia animi principis et regii. Ita Seneca, lib. II De Ira, cap. xxx, hortatur ut, si quid ab aliquo patimur, excusemus: « Puer, inquit, est? statim donetur, nescit an peccat. Pater est? aut tantum profuit, ut illius jam injuria jus sit; aut forrassis ipsum hoc meritum ejus est, quo offendimus. Mulier est? errat. Jesus est? necessitatis quis nisi insipiens succenset. Jesus est? non est injuria pati quod prius feceris. Iudeus est? plus illius credas sententiae, quam tue. Rex est? si nocentem puniri, cede justitiae: si innocentem, cede fortunae. Mutum animal est, aut simile mutu? imitaris illud, si irasceris. Morbus est, aut calamitas? ergo

(2) Lungen et lege Levitica immundi censebantur, neque sacrificii vesci poterant. Aaron igitur, non quidem habitu exterioro, animo tamen lugens, noluit interesse operis sacrificialibus.

levius transiliat sustinentem. Deus est? tam perdit operam, si irasceris, quam cum illum alteri precariis iratum. Bonus vir est, qui injuriam fecit? noli credere: malus? noli mirari. »

Symbolice S. Ambrosius ad Simplicianum, explicans hoc Aaronis dictum, doctet errati excusationem esse pronam, penitentiam vero difficultem. « Nihil, inquit, peccare, solus Dei est: penitentiam gerere peccati, sapientis est. Id tamen difficile est; repugnat enim natura, repugnat ve-

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Sancit Deus legem de animalibus mundis, quibus vesci licet, et immundis quae comedere vetat. Primo ergo terrestria munda esse decernit ea tantum, quae ungulam habent divisa, et simul ruminant. Secundo, vers. 9, ex piscibus mundos vult haberi eos solas, qui pinnulas habent et squamas. Tertio, vers. 23, designat viginti aves immundas; locustas vero, quia salivant, mundas esse statuit. Quarto, vers. 29, repulit omnia immunda esse, eorumque morticina tangentem contaminare decernit.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens: 2. Dicite filiis Israel: Haec sunt animalia quae comedere debetis de cunctis animalibus terræ. 3. Omne quod habet divisa ungulam, et ruminat in pecoribus, comedetis. 4. Quidquid autem ruminat quidem, et habet ungulam, sed non dividit eam, sicut camelus et castora, non comedetis illud, et inter immunda repulitis. 5. Chœrogyllus qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus est. 6. Lepus quoque: nam et ipse ruminat, sed ungulam non dividit. 7. Et suis qui, cum ungulam dividat, non ruminat. 8. Horum carnibus non vescenti, nec cadavera contingit, quia immunda sunt vobis. 9. Haec sunt que gigantur in aquis, et vesci licetum est. Omne quod habet pinnulas et squamas, tam in mari quam in fluminibus et stagnis, comedetis. 10. Quidquid autem pinnulas et squamas non habet, eorum quae in aquis mouentur et vivunt, abominabile vobis, 11. execrandumque erit: carnes eorum non comedetis, et morticina vitabitis. 12. Cuncta que non habent pinnulas et squamas in aquis, polluta erunt. 13. Haec sunt que de avibus comedere non dehetis, et vitanda sunt vobis: aquilam, et gryphem, et halizetum, 14, et milvum ac vulturem juxta genus suum, 15. et omne corvi generis in similitudinem suam, 16. struthionem, et noctuam, et larum, et accipitrem juxta genus suum; 17. hubonum, et mergulum, et ibin, 18. et cygnum, et onocrotalum, et porphyriem, 19. herodionem et charadron juxta genus suum, upupam quoque et vespertilionem. 20. Omne de volueribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. 21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quae salit super terram, 22. comedere debetis, ut est bruchus in genere suo, et attacus atque ophiomachus, ac locusta, singula juxta genus suum. 23. Quidquid autem ex volueribus quatuor tantum habet pedes, execrabilis erit vobis; 24. et quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, et erit immundus usque ad vesperum; 25. et si necesse fuerit ut portet quippiam horum mortuum, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad occasum solis. 26. Omne animal quod habet quidem ungulam, sed non dividit eam, nec ruminat, immundus erit; et qui tetigerit illud, contaminabitur. 27. Quod ambulat super manus, ex cunctis animalibus quae incedunt quadrupedia, im-

mundum erit : qui tetigerit morticina eorum , polluetur usque ad vesperum. 28. Et qui portaverit hujuscemodi cadavera, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum : quia omnia haec immunda sunt vobis. 29. Haec quoque inter polluta reputabuntur his quae mouentur in terra , mustella et mus et crocodilus, singula juxta genus suum ; 30. mygale, et chamaeleon, et stellio, et lacerta, et talpa : 31. omnia haec immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum ; 32. et super quod occiderit quidquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum et vestimentum, quam pelles et cilicia; et in quocumque sit opus, tingentur aqua, et polluta erunt usque ad vesperum , et sic postea mundabuntur. 33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro occiderit, polluetur, et idcirco frangendum est. 34. Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit; et omne liquens quod bibitur de universo vase, immundum erit. 35. Et quidquid de morticinis hujusmodi occiderit super illud, immundus erit : sive cibani, sive chytropodes, destruentur, et immundi erant. 36. Fontes vero et cisternae, et omnis aquarum congregatio mundus erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. 37. Si occiderit super sementem, non polluet eam. 38. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, et postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. 39. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadaver ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperum ; 40. et qui comedet ex eo quipiam, sive portaverit, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum. 41. Omne quod reptat super terram , abominabile erit, nec assumetur in cibum. 42. Quidquid super pectus quadrupes graditur, et multos habet pedes, sive per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est. 43. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis. 44. Ego enim sum Dominus Deus vester : sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne pollutatis animas vestras in omni reptili quod moveret super terram. 45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Aegypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. 46. Ista est lex animantium ac volucrum, et omnis anima viventis que moveret in aqua, et reptat in terra, 47. ut differentias noveritis mundi et immundi, et sciatis quid comedere et quid respire debatis.

Verba. 2. HEC SUNT ANIMALIA QUE COMEDERE DEBET, — que comedere licet, patet ex Hebreo , Chaldeo, Septuaginta.

Car. Queres, cur hanc ciborum observantiam, et animalium mundorum ab immundi discrepemus? ab immuno? dis crevis? Deus?

Prima causa.

Queres, cur hanc ciborum observantiam, et animalium mundorum ab immundi discrepemus? ab immuno? dis crevis? Deus?

Respondeo: Prima causa fuit, ut in iis populis iste rufus haberet continuum exercitum, tum temperantia, tum obedientia, tum religiositas et laetitia, mundis vescendo, immundi abstinentiam, et honorem et reverentiam Del ita iubentis, itaque semper Deum coleret : nam, ut ait Tertullianus, lib. De Cibis Iudaicis, cap. IV: «Multa a Iudeis ciborum genera sublatia sunt, non ut illa damnarentur, sed ut isti coercerentur servituri uni Deo; quia ad hoc assumptos frugilatas decebat, et gulae temperantia, que semper religioni deprehendit esse vicina, imo (ut ita dixerim) consanguinea potius atque cognata; sanctificata enim inimica luxuria est. » Secunda, ut corporali munditi populus iste assuecens, ab immundis idololatriarum, et immundi corum sacrificiis Terteria, epulisque longius avocaretur. Terteria, ut per haec

ad munditatem mentis excitatus assureret, et Christo ex nascituro purissime se compararet. Quarta, quia haec immunda tropologiae vitorum, a quibus caeva debemus, erant symbola. Hanc causam Eleazarus pontifex dedit legis Ptolemei Philadelphi, petentis sibi mitti septuaginta et duo Interpretes, qui sacram Scripturam ex Hebreo in Graecum converterent, ut dixi Can. 27. Hanc causam passim quoque Patres assignant, ut Tertullianus vel potius Novatianus, lib. De Cibis Iudaicis, quem ipse adhuc Catholicus existens scriptis, in quo fuse et ministraria animalia hic vetita, per vitia eius significata explicit : offeramus ejus verbaveris. 30; Clemens Alexandrinus, libro II Pædag. cap. XI; Cyrillus, lib. IX Contra Julianum, ante finem; Origenes hic, hom. 7; Eusebius, lib. VIII De Prep. Evang., cap. III, et S. Augustinus, lib. Contra Adimantum, cap. IV. Cum enim Adimantus, utpote Manicheus, oppugnaret vetus Testamentum, tanquam a deo malum datum, et nominatum hunc abstinentiam legum argueret ex illis Matth. cap. XV : «Quod intrat in os, non conquinat hominem, » respondet S. Augustinus hos cibos Iu-

dæs non fuisse vetitos, quod per se mente coinquit; sed hec de eis precepta populo carinali fuisse posita, ad significationem humano-rum morum, et ut futuram disciplinam spiritua-lis populi Christiani prophetaret. Hinc etiam, ut notat S. Cyrilus, lib. XIV De Adoratione, quemadmodum hic velutur que comedi non solent, que que omnes naturaliter resipiunt et abhorremus, ut stellio, mustela, mus, etc.

Animalia immunda. Ita sunt præsumptiones et mutrimenti. Porro hec omnia opposita ad naturam sanctam et discreta sunt; nam animalia haec immunda censentur, etique velutur, que natura sua vel sunt venenosæ, utl sunt omnia reptilia, que semper humi repunt, itaque ex terra humiditate viscosam, fastidam et noxiaram imbibunt, eamque in cute demonstrant; vel que immundus cibus vescuntur, ut porci et upiæ, que inter stercore vivunt, et ciconiae, que serpentes comedunt: sic et vesperiones, noctuae, bupones, que omnia immundis aluntur alimentis; vel que dis temperata sunt complexiones, ut pisces hic vetiti, qui omnes mali sunt nutrimenti, vel quae feruntur et rapaces, uti gryphes, milvi, vultures. Si Pythagoras suis interdixit ne faba vescentur, eo quod is cibus magnum habeat inflatum, ideoque stomachum ac caput distendat, et tranquillitatem mentis interturbet, ait Cicero, lib. I De Divin. 4).

Hoc ergo immunditum horum animalium duplex est: puta formalis estiam dicta, qua ipsa animalia in se aliquid immundi et dis temperata continent; altera causulis, qua immunditum similem causant in homine, quia cum in se sint mala complexiones, malum et noxiari alimenta, hinc si comedantur, velutur, que non habent ungulam fissam, aut non ruminant, censetur immundus. Unde immundorum exempla subiecti, camelum, leporum, suum, etc.

Tropologicæ, ruminantia sancta animalia, puta sancti, qui verbum Dei quod aude percipiunt, in leviter memoriæ recondunt, hocque sepius quasi ad oī cordis revocantes, frequenter retractatione communuant. Ita S. Gregorius in cap. viii Cant. S. Cyrilus vero, lib. IX Contra Julianum, docet ruminare esse prudentie symbolum. Pedem dividunt, qui in actione bonum a male secernunt. Utrumque ergo requiruntur ad mundi similitudinem et sonitatem, videlicet et ruminare verba Dei, et ea opera explose. Ita Radulphus, Ischyius, Eugenius, lib. VIII De Prep. cap. III, Cyrilus, lib. XIV De Adoratione, qui et addit aliara tropologia: huius, ait, unguis perspicua figura est, quia significativa posse nos in utramque partem recte incedere, videlicet quoad nos et quoad alios.

Ruminare ergo symbolum est prudentia: prudens enim est cogitabundus, et singula mente ruminans, videt quid in quaqua re expediat, quomodo Deo et hominibus etiam impius satisfaciat.

Narrat Plutarchus in Læcon, de Acroteto viro prudente, quod parentibus postulantibus ejus operari in re injusta, negavit, cumque ille urgenter, dixerit: «Vos me educatis ad justitiam, patriæ legibus tradidistis; conabar ergo his potius, quam vobis obsequi; ac quoniam vultus me optima agere, optimum autem est cum privato tum, multo magis principi, id quod est justum, agam que vultus; que vero dicitis, detrectabo. » Ita prudenter et suaviter rem illicitam negavit, simulque intentioni et voluntati parentium satisfecit. Ruminatio enim mille modos et media ad quidvis, ac presertim ad odia declinanda, et gratiam hominum conciliandam, suggest, idem narrat, quod Aristo audiens Cleomenis dictum, quo rogatus, quod esset regis boni officium, dixerat: Amicis bene, inimicis male facere; illud ruminans correxerit dicens: «Quanto, mi homo, rectius erat amicis benefacere, inimicos autem amicis efficeri! »

(1) Altera causa illarum legum erat, ne Hebrewi in consortium aliarum gentium venirent. Nam frequens cum peregrinis commercium facile occasionem dare potuisse, ut Israelite cultum et morem peregrinum adscriverent. Hoc commercium autem valde impediendatur legibus de cibis vetitis. Cf. Michaelis in Jure Mosæico, P. IV, § 203, 204.

(2) Addunt hebrei, et (omne animal) *findens* (integre, penitus, *fissionem ungularum*, id est, quod habet unguis penitus fissas).

*Admissio
Q. 2.
ant et
habet
angusta
fissum,
sunt
munda.
ew?*

IN PECORIBUS. — In quadrupedibus animalibus.
4. Sicut CAMELUS — camelus immundus est, una ungulam habet, sed eam non dividit. Mo-
nes, inquit Cyrilus, lib. XIV de *Adoratione*, ponit
templo camelum et leporum, id est maximum
minimum, ut media inter haec non ruminan-
t, unde non dividuntur ungulam, immunda et ve-
tientia intelligamus (A).

3. **CHOREOGRYLUS.** — Quod et quale animal est *herogryllus*? *Primo*, Clemens Alexandrinus, lib. *Pädag.* cap. 1, intelligit hyenam. *Secondo*, Abu-
doris, *Lyranus*, *Cajetanus*, *Oleaster* et alii recen-
tiores intelligent cuniculum.

Nota : Hebreia vox **σοφάν** tria significat : **primo**, cherogryphum; **secundo**, leporum; **tertio**, hericium; ita ex Philone S. Hieronymus in *Nomina Hebraica*, in Ierem. **σοφάν** enim par **υ** τε **χαρο**, **αβακούδιν** et **λαττίν** significat. Unde *sophan* generale est nomen, et communis multis animalibus fugacibus, et in latibris degentibus: siue et pleraque alia Hebreia animalium vocabula multis competitum, ut demonstrat Ribera in cap. v *Zachar.*, num. 21. Idque patet ex eo quod idem nomen a varis, puta a *Septuaginta*, *chitalda*, et *Nostro varo*, inem a *Nostro alteri* hic, alter ibi vertatur: sic *sophan* hic et *Deut.* xiv, 7, *Noster* verit *clarogryllum*, uti et veruntur *Syntephtingia*; alibi *verit teponem*, uti *Prov.* xxx, 26; alibi *verit herinaceum*, uti *Psalm.* cuius, 18 (2).

Cheryoglyp**s**, ergo, vel hericinus est animal magnitudine mediocrum cuniculorum, de cavernis petrarum gregatum procedens, pascensque in Palestina iuxta mare Mortuum, ait Eucherius, lib. *De Natura Hebreiorum*, cap. xii., atque inde forte gracie dictus est cheryoglypus a *pax*, id est *rupe*, et *trapa*, id est *porus*, quasi dicas *porcellus rupestris*. Ha fere et S. Hieronymus, vel quisquis est auctor commentatorum in *Proverb.* cap. xxx., nam hec commentatoria non esse S. Hieronymi, ex eo colligitur, quod hoc ipsis loco anterior citet S. Hieronymum. Potius videtur esse Venerabilis Bede, cui ex attribuit Hemimelius. Ille ergo auctor sic ait: « Pro lepusculo antiqua translatio cheryoglypum posuit. Est autem hoc animal non majus hericio, habens similitudinem muris et ursi, cuius in Palestine regionibus magna est abundantia, semperque in cavernis petrarum et terra foveis habitate consuevit. »

Unde et Origenes hic pro cherogryllo vertit *herinaceum*. *Chœrogryllus* ergo distinctum est animal a cuniculo et hericio, licet id neget Petrus Serranus : quosrum enim Septuaginta et Noster vocaret eum *cherogryllum*, tam obscura et ignota voce, si esset cuniculus vel hericus? hinc enim

(1) Pes cameli parte tantum anteriore penitus est fissus; pars posterior pedis supra quidem est divisa in duas unguis, sed infra coherent pellicula; igitur pes non plane bisulcus est. Cf. Buffon, *Hist. Natur.* P. VI.

⁽²⁾ ८५७ Bochartus vere ostendit esse murem jaculum (gall. *rat-sauveur*).

Tropologice, hisce quatuor animalibus signis

(3) & Cur immundis accenseretur (lepus), ratione etiam physicas habere potuit Moses. Medicorum certi principes, Galenus, Aetius, Rasis et Damir, hos secenti leporum carne scribunt crassum sanguinem et melanochilum cibos. Probatum est.

COMMENTARIA IN LEVITICUM. CAP. XI.

terram suffodiat, itaque semina et messem sub-
vertat; qua de causa Romani immolabant porcum
Cereri mense aprili, cum lampadibus et tædis
accensis in vestibus albis. Audi Ovidium:

Prima putatur
inori, quia semina paude
quae interceptent annis.

• alibi:

Prima Ceres gravidae gavisa est sanguine porco,
Ulti suas merita caede nocentis opes.

CANTUAR quatuor **VITIA**, quatuor virtutibus cardinalibus contraria. **Primo**, camelus gibbosus symbolum est superbi et superbire, quia prudentia sapientiae est contraria. **Vera enim sapientia est** humilis; e converso camelus gibbosus est et stolidus. **Nota est fabula**: camelus petebat a Jove unum cornibus armarem, cuius illi stolidis precipue irrisit, etiam aures multilavit, ut non solum inermis, sed etiam deformis de cetero esset. **Secundum**, lepus timidus significat acediam et pusillanimatem, qua formidini et constitute repugnat. **Tertio**, cherougrulos, qui vastat et depascatur agros alienos, significat injustitiam justie contrarium. **Quarto**, sus sordida significat gulam libidinem, qua temperantie adversatur: horum non morticini quidem, id est malis actionibus extensis, communicare licet. **Ila Ischivius.**

Vers. 7. 7. ET SUS (immundus est), QUI CUM UNGULIS VIDAT, NON RUMINAT. — Per suum porcum appetit tam marem quam feminam; hoc enim est Hebreum **תְּמִימָה chasir**: omnis enim porcina caro vita fuit Iudeis, unde etiamnum omni porcina ab-sentibus Iudei. Paro modo sus apud Priscianum et Latinos communis est generis, et tam porcum quam porcam significat; hinc illud Virgilii, lib. **Georgic.**:

Impo ruit, dentesque Sabellicus excutit sus.

Ridicule nonnulli apud S. Polycarpum, epist. ad Philippienses, suis esum hic vetari putarunt, eo quod sus cum comedit ita vorat, ut non agnoscat dominum suum, quodque cum esset grunniunt edat ad dominum : haec enim est natura et naturalis mensura suis. Veriorenam causam dat Cicero,

Ses lab. lib. II *De Natura Deorum*: «**S**us, ait, quid habet
mam la-
præter escam? cui quidem non patresceret,
bet pro-
mam pro sale datus esse, dicit Chrysippus.» **H**inc
tale
Sanctus ille Abbas, in *Vitis Patr.*, lib. VI, cap.
num. 8: «**S**icut, ait, oculi porci semper intendunt
in terram, ita anima delapsa in voluptam et le-
xurie cœcum, vi potest respicere ad cœlum, et
conspicere ait, dico Doo. a. Porro errat Platina
etiam ait, dico Doo. a. Porro errat Platina

**8. HORUM CARNIBUS NON VESCEMINI, NEC CADAVERA TERRA
CONTINGETIS.** — Unde nec adipem cerum eximere,
eove uti poteris: securus erat de animalibus mun-
dis; illi enim macare, et macata tangere, ex-
iisque adipem eximere, eoque uti liebat, nisi es-
sent morticina sponte mortua, vel diu occisa, vel
laniata a bestia: tun enim etiam haec immunda
erant et viles.

aperte aliisque diebus. Et hoc quod dicitur de chus, lib. V Symp., Quest. V, ubi docet Judeos abstinere suilla ex reverentia; eos enim sume reverari, eo quod suis fuit satiationis et arationis magistra, presertim in *Egypto*: sus enim rostro terram effodiens, vestigium arationis impressit, et vomeris opus submonstravit. Similiter errat, dum ait Judeos abstinemere leporē, «eo quod adumulatione *Egyptiorum* duci, velociatem leporis divinam reputant, *Itemque* sensus instrumentorum substitutum. Nam leporum oculi adeo sunt indefessi, ut etiam apertos si dormiant. Celebriter autem videndi videntur easter anteire; cujus admiratione duci *Egypti* in suis sacris litteris, pite te pore auditum significant. » Probabilior causa est quam subdit: « Suillam abominantur Judei, quod abhorrent a vitiligine et lepra, quas putant esse harum carnium adecesit. »

Alii porcum immundum putarunt, ex eo quod

9. **OMNE QUOD HABET PINNULAS ET SQUAMAS, TAN**
IN MARI QUAM IN FLUMINIS ET STAGNI, CONCEDITIS.
— Pro *pinnulas*, Biblia Regia legunt *pennulas*; *Pinnula* unde et Septuaginta virtutem *περιπάτησι*, id est *alas*; Tertullianus, lib. *De Cibis Iudicatis*, legit *remigia*; *omnia hæc eadem residunt*: pisces enim qui *pinnulas* habent, eas gestant quasi *pennulas* et *alas*, ut in natent et librarent se in aquis, sicut aves in aere. Ut ergo pisces sunt mundi quibus vesci learetur, duo debent habere: *primo pinnulas, secundo squamas*, qua *tolum* pene corpus contengant; *quod si alterum destrit, immundi censemur*: pisces enim carentes *pinnulis vel squamis*, uti anguille, nimis humili, viscosi et insalubres sunt; *squamæ enim et pinnulas* siccati sunt indices. Unde caro *taillium* densior, albior et senior est, ideoque tales mundi censemur: pisces enim humiditatem abundant, eaque facile noceat stomacho et corpori

humano, unde sale conditi vel siccatis saniores sunt recentibus.

Tropologicus, squame gravitatem morum firmatatem bone conversationis in medio seculi significant; pinnule significant sensus superni cogitantes. Pisces namque qui pinnulas habent, salutis dare super aquas solent, ait S. Gregorius. Squamas ergo habent, qui rigore virtutis muniti, pinnula vero habent, qui subinde secretum contemplationis petunt, et undis specularium curarum supernatant, quique mentis salibus ad superna condescendere scunt, ut eos amoris summi, quasi liberi aeris, aura confingat, ait S. Gregorius, lib. V **Moral.** cap. vi, Radulphus, Beda, Cyrillus, lib. IX **Contra Julian.**, ante finem, et Tertullianus vel potius Novatianus, lib. De Cibis **Judicis**.

Vera. 10 et 11. Quidquid autem pinnulas et squamas non habet, abominabile vobis excludendum erit, — q. d. Ab his abhorrebit et fugietis, quasi a re imminentia et forticia. Quare peccabunt Iudei aliter facientes, non quod animal immundum, sed quod inobedientia mentem pollueret, qua culpa non expiabatur iustitiae aeterna: per eam enim tantum immunditia legalis et corporalis elevatur, sed contritione et penitentia. Hinc Machabaeus dirissima pati, ac martyrium gravissimum subire maluerint, quam carnem suillam hinc vetitam comedere, II **Machab.** vii. Hinc etiam S. Petrus eadem ita exhortari, ut dicaret, Act. x, 10: « Numquam manducavi omne commune et immundum, »

Vera. 12. 13. HEC SUNT QUE DE AVIBUS COMEDERE NON DEBETIS, ET VITANDI SUNT VOBIS: AQUILAM, ET GRYPHIEM, ET HALLEUTEM. — Egit Moses primo, de mundis et immundis quadupedibus, vers. 3; secundo, de piscibus, vers. 9; tertio, de avibus hic agit. Has avium species ex Hebreo aliis et varie vertunt Hebrew; verum nostros interpreti tum hic, tum **Deut.** xiv, 12, per omnia consentit Chaldeus et Septuaginta, excepto eo quod pro onocrotalo Septuaginta substituit *pelicanum*, de quo vers. 18.

Aquila est immunda, quia in aliis aves pugnat et rapax est avis. Unde Cicero, audiens in Pharsalia pugna fugisse Pompeium, cum Nonius dicaret septem adhuc adesse aquilas, ideoque bene sperandum: « Recet, inquit, moneres, si adversus graculos esset pugnandum; at jam Caesar est hostis et vicit. » Ita Plutarchus in *Cicerone*. Aquila ergo Iudeis vetatur, quia, ut ait Isidorus, « qui aquilam, milvum et accipitrem odit, edit raptores et scelere viventes. » Unde S. Augustinus in *Psalm.* cxxii, docet aquilam esse symbolum demonis: hic enim est prado animalium, qui circuit quarens quem devoret. Rursum aquila vocatur Nauhchodonosor, similesque tyranni, ut dicam. **Deuter.** xxviii, 49.

Gryphus — Queres, an et quid sit gryps an sint? sive gryphus? tryphes existere docent et Grecis et quid? Herodotus, Pausanias, Clesias, Elianus; et Latinis

Mela, Solinus, Apuleius et alii, ponuntque eos in Scythia Asiana, vel in montibus Riphaeis. Clesias ait gryphes esse aves quadrupedes lupi magnitudine, cruribus et ungulis leoninis, pennis in pectore rubris, in collo cernueis, in reliquo corpore nigris, oculis igneis. Adit Leoncenus, equo similem esse avem; Volaterranus, vultu non multum ab humano distare. Abulensis hic et Joannes de Montevilla aiunt gryphem antrorum aquilas speciem pra se ferre, leonis retrorsum; magnitudine sequari octo leonibus; tantarum esse viaria, ut duos boves, aut equum cum equite in aera asportet. Haeque vulgo multorum est opinio.

E contrario gryphes non existere, sed esse fabulosos contendit Plinius, qui pene phreneticos vocat eos qui aves tales esse asserunt. Item Origenes, qui nimis temerarie Mosen reprehendit, quod gryphes manducari Hebreis veteretur. Item Matthias Michonius et Petrus Decembrius in *Sarmatica Asiana*, qui nec ave invenerit in septentrione, nec in montibus Riphaeis, ait experientia constare.

Dico primo: De fide est gryphes esse, esseque De **Ad** aves, patet ex hoc loco Scriptura; Hebreum enim **per gryphos** significat, ut vertum Septuaginta, Chaldeus et Noster. **Peres** enim avem significat curvas et ingentes habentem unguis (a **פָּרֶס** par, id est *unguis*), ut rostrum. Talis est ergo gryphus, indeque *gryphus* Grecis et Latinis aduncoem, curvum, ungulatum significat. Inde Antiochus *Gryphus*, et alii ab adunco et aquilino naso, dicti sunt *gryphi*.

Dico secundo: Gryphes uti a veteribus iam describuntur, fabulosi sunt; experientia enim constat eveni nullam reperi, que partim sit avis, partim leo vel equus: hinc et veteres gryphes pingendo, eos jungenteb spiningi: constat autem spiningem esse fabulum.

Dico tertio: Qui sint gryphes certe definiiri nequit. Probabiliter tamen est sententia Ulyssis Alondrovandi, lib. X, cap. 1, et Goropii, Mosen per gryphem hic significare aves, et, ut videtur, aquile et genus maximum, quod maxime aduncum habet rostrum et unguis, estque fortissimum et rapacissimum, cuius magnitudo, robustus et rapacitas occasionem fabule veteribus dedisse videntur (1).

Probatur ita primo, quia id significat hebreus **פָּרֶס** peres; rursum, quia gryphus hic ponitur **Primo**, post aquilam, ante haliceutem; sicut ergo haliceutes est species aquile, ita videtur esse et gryphus.

Secundo, quia Aristophanes gryphem speciem **Secunda** aquile ponit, vocatus **τεράπων**, quasi diuersas gryphem aquilam; sicut haliceutes vocatur, quasi diuersa aquila marina. Grys ergo est grypoeos, hoc est aquila rapacissima, que grypho, id est maxime aduncum est rostro et ungulis. **Tertia.**

(1) Juxta Bochartum **פָּרֶס** est *ossifraga*, Gall. *orfay*; Alexandrinus fortasse intellexerunt maximum illum et voracissimum inter *vultures*, quem nos vocamus *condor*.

qua. Sigismundus Illesterianus legalis Cesaris ad Ducem Moscovie, scribit apud Moscos aquilis similes aves, sed multo maiores esse, quas Mosci *kreutz* vocant. **Quarto**, quia aquiles quedam in maximam quantitatem excrescent. Narrat Georgius Fabricius anno 1530 inter Misiam et Dresden Germanie oppida, inventum esse aquile ridum per tres quercas extensum, in eo vitulorum et ovium coria reperta, et hinnulum recens allatum. Pullus unus habebat alas septem ulnis longas, cum per transversum orant expanso, unguis erant digiti viri magni aquiles, crura leoninis majora. Aldrovandus narrat in *Ethiopia* aquilas esse tam magnas et fortes, ut boven vel equum integrum pedibus abripant.

Paulus Venetus scribit se ultra Madagascar de ave **rav** dicta frequenter ab incolis audiisse, qua alas tantas habebat, ut penne duodecum passus longae essent; ipsa autem tam fortis, ut elephante elevet et asportet, atque se putasse quod gryphus esset: sed audiisse, quod bipes esset, nec illi bestie similis: quanquam gryps revera, si avis est et aquila, bipes est.

Tropologicus, gryphes sunt principes avari, iniusti et rapaces. **Remota** justitia, sed Augustinus, lib. IV **De Civit.** cap. iv, quid sunt regna nisi magna latrocina? quia latrocina quid sunt, nisi parva regna? hoc malum tantum crescit, et loca teneat, sedes constituit, civitates occupet, populos subiuget, et evidenter regni nomen assumit. Quod etiam in manifesto confort non dempta cupiditas, sed addita impunitas, iacto eleganter et veraciter Alexandre Magno quidam pirata comprehensibus respondit, cum ab eo interrogaret, quid sibi, ut mare haberet infestum? Illa libera voce: *Quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? Sed ego, quia exiguo navigio facio, imperator.* »

Nero nunquam cupimus officium delegavit, nisi hinc adiceret: « Seis quibus mihi est opus, et hoc agamus, ne quis quid habeat. » Vox preponde, quam princeps dignior.

Flavius Vespasianus, quoniam rapacissimum quemque promovere solebat, ut mox dilatos condemnaret, vulgo dictus est officiosi suis habere pro sponsis: quod (veluti spongas) et stiecos madefacceret, et humentes exprimeret. Ita Suetonius.

Batto Dalmata, a Tiberio rogatus cur toties cum suis a Romanis defecisset, eisque tantum cladem intulisset, respondit: « Vos in causa sitis, qui ad greges vestros custodiendos, non canes dedidistis aut pastores, sed lupos. » Ita Dion in *Augusto*.

C. Caligula, cum eum Antonia avia moneret, ut quedam secum ageret: « Memento, ait, mihi omnia in omnes licere. »

Ludovicus XII, rex Francie, dicere solebat, ut habent Arnates, a Plebec et rusticis esse pascua tyranmororum et militum, tyranos autem et milites esse pascua diabolorum. »

Phalaris dicere solebat: « Ego qui expertus sum utrumque, tyrannidi malum subesse, quam praesesse. Subditus enim aliorum malorum securus, unum tyrannum metuit; tyranus autem et eos qui foris insidiabantur, et illos per quos servatur. »

Halleutem. — Graece *άλαιτος*, idem est quod *aquila marina*, a mari et pisces toribus sic appellata; *άλας* enim est mare, et *άλαιτος* est pisces, *άλας* vero est aquila: de qua Plinius, lib. X, cap. iii: « Haliceutes, ait, est species aquilae clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, visoque in mari pisce precepis in eum ruens, et discussus pectora aquis rapiens. »

44. **JUXTA GENUS SUUM.** — juxta species suas, per species suas: multe enim sunt vulturum et milvorum species (1).

15. **IN SIMILITUDINEM SUAM.** — id est secundum **similitudinem suam**, q. d. Omnes aves similes corvo vel corvinas, quasi immundas habeo et censeo, edicte veto. Id patebit versus 19 (2).

16. **LARUM.** — Larus sive gavia, ut eam vocat Aristoteles, natat in aquis, et volat in aere, ait Iychius, piscesque est predo. Ita Oppianus, lib. *De Anupio*, puta in *Iuxuticis*, id est in visatoria, sive in arte capienda aves visco. Unde probrium: « larus hiatus, » pro rapace et furace. Hinc et orta est fabula, laros olim fuisse homines, qui primi venationem et pradam marinam exercerint; deinde a diis in aves mutatos, juxta urbes et portus volitantes, veteris etiamnum artis et predationis meminisse. Ita Oppianus. Larus quoque est symbolum gulie, unde Alciatus in emblemate gulie, gulosum ita depingit:

Gurgulione gruis, tunida vir pingitur alvo,
Qui larum aut manibus gestet oncorotatum.

Vere Juvenalis, *Satyr.* 1 :

Sunt quibus in solo vivendi causa palato est.

Et Socrates: « Alii, ait, vivunt, ut comedant; eg comedo, ut vivam. » Et Seneca, lib. X *Rhetor.*: Quidquid, ait, avum volitat, quidquid piscum natat, quidquid ferarum discurrat, nostris sepe ventibus: quere nunc cur subito moriarum? quia mortibus vivimus. »

(1) Vers. 14. Primes avis nomen, quod hic **פְּנַח** scribitur, in loco parallelo **Deut.** xiv, 13, **פְּנַח** scriptum repertor; quorum unum a *volatu*, alterum a *visu* sumptum, litterarum scilicet **פ** et **נ** permutatione hanc infraquenti. Bochartus, qui cum Hieronymo *mituum* reddidit, *deah* vult scribi, quia milvus in volatu hoc habet extimum, quod alis prope immotis in aere omnium avium diutissime libratur; præterea vix illa est avis, quia milvo volit altius; volando denique non facile delassatur. Alteram horum versus memoratam avem idem Bochartus censem esse quamdam *accistris* speciem, quam Galii dicunt *enétilion*.

(2) Vers. 16. **הַנִּזְבֵּן** multi verant *filiam clamoris*, quasi ab acri voce nomen struthioni indicatum esset. Sed *filiam clamoris* notio voci **הַנִּזְבֵּן** sive idonea ratione tribui videtur. Rosenmullerus, collatio Arab. *seħħana*, terra *dura* et *sterilis* dictiuem hebreicam veritatem *filiam deserit*.

Audi S. Hieronymum *Contra Iovinianum* et in *epist.* : « Semper saturitali juncta est lascivia : vicina sunt venter et genitalia, pro membrorum ordine est et ordo viatorum. » Et rursum : « Cor habet in ventre gulosus, lascivus irlibidine, cupidus in iure. » Et rursum : « Hippocrates in *Aphorismis* doceat, crassa et obesa corpora, que crescendi mensuram implerebunt, nisi cito ablatione sanguinis minuantur, in paralysin et pessimis morborum genera erumperent. Non enim in uno statu manere naturam corporum, sed aut crescere aut decrescere; non posse vivere alias, nisi crescendi capax sit. Et Galenus ait, quorum vita et ars sagina est, nec vivere possit diu, nec sanos esse, animasque ita nimis sanguine et adipibus, quasi illo involutas nihil tenue, nihil celeste, sed semper de carnalibus crudare, et ventris ingluviam cogitare. »

Hugo Victorinus, tract. *De Claustris anima* : « Superstitiosus nimis ait, quidam in suis preparandis cibis adhibent studium, infinita decocationem, frixuram et condimentorum genera excogitant; modo molia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modoassa, modo pipere, modo allio, modo cynamo condita, secundum constitutum preellantur multitudinem desiderantes; ita ut eis desudent cocuramus, questiones et sollicitudo. Isti videntur corere ventrem tangi... Deum. »

Et rursum : « Solent dii tempora construi, altaria erigi, ministri ad servendum ordinari, immolari pecudes, thura concremari: ita Deo ventri templum est coquina, altare mensa, ministri cocti, immolate pecudes coctae carnes, fumus incensorum ordo saporum. »

Audit D. Alanum, tract. *De Complantu natura* : « Hæc, ait, pestilentiali non vulgaris humilitate contenta, profundius se porrigit in Platoni, qui salmones, lucios esteriosque pisces variis decocationum cruciatos martyris, baptismi adulterantes officium, sacra piperis fonte baptizant, ut ex tali baptismate multiformem saporis gratiam consequantur. In eadem mensa terrestre animal piperis inundatione submergitur, pisces natat in piper, avis ejusdem viscositate ligatur; dumque tot animalium genera uno ventris ergastulantur in carcere, aquatile animal secum pedestre aereum reumque genus in eodem sepulcro intumulari miratur, quibus si detur licentia excludi, egressis via portice sufficiet amplitudo. »

Allius :

Est calcum remex, et navita symposiorum.

17. IBIN. — *Ibis*, *Egyptia* est avis, serpentibus et scorpis infesta, iisque vescoens, que rostri aduncitatem salsuginem adhibens, per eam partem se perluit, qua redi ciborum onera maxima est salubre, quod advertentes *Egypti* cylstere sunt imitati. *Ibis* ergo homines docuit clysterem. Ita Plinius, lib. VIII, cap. xxvii, et Plutarchus dia-

logo, *An bestis aliquid rationis insit? merito ergo ibis ex lege immunda era avis.*

Solinus tradit ibin ore generare et concipere. Idem de corvo nonnulli pruarunt et putant. Sed hec est fabella, quam valide refutat Aristoteles⁽¹⁾, lib. III *De Generat. animal.* vi: unde enim semen ex ore in matrice permearet? deberet enim prius transire stomachum: ibi autem concoqueretur. Fabula inde nata est, quod corvi raro videantur uti venere, sed sepe rostris jungi.

18. ONCOCROTALUM. — Septuaginta vertunt *peli- canum*. Forte eamdem intelligent avem. Nam et Oppianus in *Izeuticis* oncocrotalum vocat eundem quem pelicanum; et Gesnerus, lib. *De Aribus*, in oncorotalo, speciem oncocrotali recentet pelicanum congenerem; quia et S. Hieronymus, *Psalmi*, 7, cum Septuaginta. Hebr. *¶ kaa* pelicanum vertit, et in commentatori ejusdem loci, asserit pelicanum vocari oncorotalam. Porro oncocrotalus dicitur ab *εβε*, id est *ασινος*, et *κρητας*, id est *crepitaculum*, eo quod absone voce crepitando rudenter asinum reflectat. Dicitur nonnullis *gutturosa*, ut ingluvies, quae in gutture ejus, instar struma propendat; atque in nonnullis tanta est, ut quinque libras vivos vorent sorputu uno; mox ex Francisco Sancto narrat Aldrovandus, *Ornith.* lib. XIX, cap. ii, in oncorotalo quodam, cum praे gravedine cedisset, et capitus esset, parvulum puerum *Ethiopum* inventum esse. Hebraice vocatur *¶ kaa*, a vomiti, tun quia aqua quae ingluvio illa conficit, revoluta, ut predam ex ea seligat et comedat, teste Plinio, lib. X, cap. XLVI; tun quia conchias devoratis, et calore gurgulatibus, vel stomachi sui apertas revoluti, ut eis carnem ab ostio seligat et devoret. Merito ergo hec Judeis immunda fuit avis: quin et Christiani ea abstinent, quia carnem habet duram, excrementitam, et vix ferendi odoris, maxime cum annosior est, ait Aldrovandus.

Ob alias tamen ejus proprietates, hæc avis est bonum captiur: nam ob rudem et lugubrem ejus vocem, ponentes et gementes assimilantur pelicano, sive oncorotalo, *Psalmi*, 7, Si et aquila, herodii, milvi pro diversi earum qualitatibus nunc in bonum, nunc in malum capiuntur. Sic leoni comparatur tam Christus, ob fortitudinem, Apoc. v, 3, quam diabolus, ob crudelitatem, I Petri cap. v, vers. 8. Ita Radulphus et Ischyius.

PORPHYRION. — Porphyrio avis est in capite habens veluti cristam, magnitudine par gallinæ, sed crura ei longiora; a colore nomen invenit: rostrum enim habet rubicundum, uti et crura. Hinc græce porphyrio, id est purpureus. Ita Oppianus piscium inhiat, nix Procopius, et solus morsu bibit, omnem cibum aqua subinde tinges, deinde pede ad rostrum velut manu affixa, Ita Plinius, lib. X, cap. XLVI, et Aristoteles,

lib. VIII *Histor. animal.* cap. vi. Addit ex Polenome Aldrovandus, porphyriionem indolem esse, nec unquam mansuescere; et ex *Elliae* ac Callimacho, eum nullius aspectum pati dum comedit, itaque secadero et in oculo comedere. His de causis immundus habitus est. Alii tamen ex parte mire ejus pudicitia laudatur. Refert ex Polemonem Athenaeus, lib. IX *De Canis sapientiam*, cap. XII, porphyriionem in dominis nutritum, mulierum pudicitia esse custodem, eurymachum sagacissime deprehensorem, suo suspedio et nece indicare ac prodere. Sed quando per se avis impinguus se suspendat? Quare rectius per abstinentiam a cibo, et per iudicium se necando cum id facere dixit Polemon, et ex eo Aldrovandus, qui et ex Tzetze addit, cum tam esse pudicum, ut viso scorto expiri (1).

19. HERODIONE. — Huius avs Ar stotiles, Plinius, Oppianus et alii non memiserunt: quis ergo est herodium vel herodion? Primo, S. Augustinus in *Psalmi*, cii, 18, intelligit fulicam. Secundo, Albertus Magnus, tract. *De Aribus*, putat esse aquile speciem nobilissimam, que chrysantes et stellaris dicuntur, quasi herodium sit heros, id est rex et dux, avum, uti vocatur *Psalmi*, cii, 18. Tertio, Radulphus, Lyranus, Gesnerus et alii multi putant herodium esse falconem, adeoque præstantissimum ejus speciem, que hierofalco, vulgo *grifado* dicitur. Unde et S. Hieronymus in *Psalmi*, cii, diei herodium aquilas vincere, eiusque dominari: ita et Glosa ibidem. Quarto, Theodosius Gaza in lib. IX Aristoteles *De Hist. anim.* cap. i et xviii, et alii censem esse ardeam. Eadem enim que ibi Aristoteles de herodio, Plinius scribit de ardea, lib. X, cap. LX. Quinto, probabiliter videtur herodium esse eiconiam. Ita Suidas, R. David, et passim Hebrei. Probatur primo, nam herodium hebraice vocatur *¶ חסידה*, a pietate: *חסיד* chesed enim est pietas; eiconia autem pietas in parentes ubique celebratur. Dices: *Chasida* significat etiam *miltum*. Respondeo: *Miltus* vocatur *chasida* per antiphrasin, quasi minimum plus, sed rapax et vorax.

Secundo, quia Suidas diei autem, quasi *חסיד*, id est palustrem (*לְאַיִל* enim est palus); in paludibus autem versus eiconiam, ibique ranas et serpentes depascuntur. Tertio, quia *Psalmi*, CLXII, herodium vocatur dux avium, scilicet cœcurum: talis autem est eiconia; nam licet aquile et falcons supererunt eiconiam, tamen eorum nidi (de quibus agitur *Psalmi*, cii, 17 (2)), et hominibus, et avibus aliis incogniti sunt.

(1) Pro porphyrione hebraea designant speciem quamdam vulturis, hodiernum ab Arabibus ipso nomine hebra vocati, cadaveribus vescentis.

(2) Qui tamen locus obstat videtur, quin de *eiconia* intelligantur; nam ibi dicitur *חסיד* habitat in altis abiebus, hoc autem non casit in *eiconias*, quippe que non in Europa solantur sed etiam in Asia in tectis aedium nido*ntur*.

CHARADRION. — Charadrius dicitur a *charadrion*, id est præceptis et cavernosis riparum locis, in quibus degit. Ita Aristoteles, lib. IX *Hist. animal.* cap. xi. Avis haec est stupida quæ mures venatur, nocturnæ est amica iastar noctua (3). Unde proverbium *Charadrium initans*, de eo qui latet et lucem fugit; hinc immunda Heliceis est habita: quin et Aristoteles eam vocal pravam avevit.

Nota: Viginti avium species hic quasi immundæ nominantur, et comedunt vescuntur, quia omnes fere sunt rapaces; quedam etiam quia lucifugæ sunt et nocturnæ, ut *bubo*, *charadrius*, *vespertilio*; quedam quia ampliib[us] sunt, ut *larus* et *merculus*; quedam quia sordide sunt, ut *upupa*, *ibis*, *noctua*; quedam quia bestie potius sunt quam aves, ut *struthio*; quedam quia melanochloræ sunt, ut *herodus* sive *ciconia*; multæ ellam ingluviæ sunt, unde longiore sunt collo, cibumque de profundo aquarum lino exquirunt et expiscantur; quedam denique quia intemperie sunt nimis calida, ut *corvus* et *cynclus*, cuius plumæ leuc alba sint et molles, caro tamen est dura, nervosa et nigra: unde et excrementa habet albita. Aves enim calida sumu phlegma per album sternit; bilam vero retinet. Contrarium faciunt ea quae frigide sunt. Ex quibus patet has aves parum esui esse aptas, merito ex lege censer immundas.

Tropologici Radulphus: Viginti haæc aves, inquit, notant viginti vita potentium, et eorum qui sublimes habent spiritus: *primo*, aquila notat potentiam superbiam. Unde *Ezech.* cap. xvii, vers. 7, Nabuchodonosor comparatur aquila grandi magnarum diarum; *secundo*, gryphus significat potentium crudelitatem; *tertio*, halictetus, qui non est tanis viribus, sed tamen predo, significat violentos in pauperes; *quarto*, milvus significat potentium insidias; *quinto*, vultur castus et cadavera assectans, significat eos qui quasi vultures principum et aularum sunt asseciles, ad hoc ut eorum opes alios expolient, quos Alfonso rex Aragonum, solebat vocare Harpyas aule sue. Sic et Seneea, *epist.* 96: « Qui, inquit, amico ægri assidet hereditatis causa, vultur est, cadaver exceptat. » Rursum vultures sunt voraces et gulosi; nam, ut scribit Epiphanius in *Physiolog.*: « Vultur cunctis avibus voracio est: quadrupliciter enim diebus cibo abstinet, quem cum inventit, totidem sess ex illo libere ingurgitat; itaque quadrangulariter abstinentiam quadrangularia influvia compensat. » Vultures ergo sunt, qui, post Jejunium quadragesima a Paschate ad Pentecosten, se infarcent et ingurgitant; sexto, corvi sunt, qui mortibus pascuntur alienis; *septimo*, struthio, qui herodio similis est pennis, sed non volatu, *Job* xxxix, 16, notat hypocritas, qui sub religiosis specie aliis nocent. Qui intus est Nero, foris

(3) *χειρόποδις* est nomen avis cujusdam, quæ in paludibus vivit et *χειρόποδη* vocatur. Galli, *piewier*, vel *foulque*.

Cato, inquit S. Hieronymus; monstrum est simile illi poetico:

Prima leo, postrema draco, media ipsa chimera.

Tales sunt,

Qui Curios simulant, et bacchanalia vivunt.

Diogenes apud Laertium, lib. VI, cap. II, uidam sibi placenti, quod leonis exuvia tectus ingredetur: « Non tu desines, inquit, virtutis stragula pudefacere? » Indecorum enim esse censit, quod humo mollis Herculis ambi sibi vindicaret.

Alexander nonnullis Antipateri frugalitatem laudantibus, quod austero vitam ageret: « Foris, ait, Antipater albus est, intus vero totus est purpureus; » notans factam illius paremioniam, cum esset aliqui ambitiosissimus. Ita Plutarchus in *Apophth. Reg.*

Achilles apud Homerum, *Iliad.* I, sic ait:

Is mihi juxta invitus, ut atri limina Ditis,
Qui verbis aliud profid quam mente volata.

Trojanus equus a Graecis concinnatus Trojanos sefali, quia Minerva formam mentis est, inquebat Diogenes: ita facit et hypocrita.

Qui museum redolentem circumferunt, illis anima fœt: sic et hypocrite qui, plurimam partem speciem exhibentes, intus fedissime sorcent. Recte ergo comparantur struthionis. Nam, ut ait S. Gregorius, lib. VII *Moral.* cap. I: « Struthio volandi speciem habet, sed usum volandi non habet: sic hypocritæ cunctis intuitu imaginem de sanctis insinuat, sed tenere viam sanctitatis ignorat. »

Oktavo, noctua noctu acutum cernens notat saepes in malo. Unde S. Ambrosius, serm. in *Malachiam prophetam*, in fine tom. II: « Nolo, ait, te imitatores esse noctue, que licet per noctem vigilet, per diem tamen pigra vel ceca est, que grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem solis horret: illuminat obscuritate, luce caecatur. Illud animal hereticorum figura est atque Genitilium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Salvatoris horreunt, et grandibus disputationibz oculis cernunt vanam, non respiciunt sempiterna. De his ait Dominus, *Psalm. LXIX*: « Oculos habent, et non videbunt. Et *Psalm. LXXXI*: « In tenebris ambulant: sunt enim acuti superstitiosi, hebetes ad divina. »

Nomo, larus amphibius significat milites, qui in terra quasi aridi et cælibes, utpote uxore carentes, vase tamen luxurie aquis et fluxu voluntantur; *decimo*, accipiter rapax, qui, ubi manusfactus est, possessoribus ad predas et rapinas servit, significat famulos ad dominorum nutrum pauperes deprendentes; *undecimo*, bubo significat eos qui, fedissimis sceleribus oppleti, lucem et homines fugient; *duodecimo*, mergulus significat eos, qui, volatilibus carnis absorbentur; *decimo tertio*, ibis significat eos, qui in se,

porsa et animas suas, iniqui et crudelis sunt; *décimo quarto*, cygnus significat eos, qui de solis vestibus et terrena affluentia gloriatur; *décimo quinto*, oncerotalus significat avaritiam inexplicabilem; *décimo sexto*, porphyrio significat contumaces, qui nihil nisi tinctum aqua proprie voluntatis et delectationis suscipiant; *décimo septimo*, eiconia significat stoliditatem ad capienda celestia; *décimo octavo*, charadrius, avis garrula, significat loquacitatem; *décimo nono*, upupa geomitum in canto inter sterora simulans, significat tristitiam seuclu: in hanc enim, atque in sordes et dolores, seculi delicia et letitia desunt; *décimo nonagesimo*, vesperilio significat specularem scientiam, sola naturalia et terrena sapientem. Ita Radulphus et S. Thomas, *II. Quest. Cl. art. 6*, ad 4.

JUXTA GENUS SUM, — iuxta species suam, quasi dicat: Omnes species harum avium voto; sunt enim multa accipitrum species, sicut et aliorum avium. Septuaginta vertunt, et his similita. Hebreum enim יְמִינָה min etiam similitudinem significat, et ita verit Noster vers. 15; una enim, verbi gratia, accipitrum species alteri specie accepitrum similis est.

20. ONNE DE VOLUCRIBUS QUOD GRADITUR SUPER QUATUOR PEDES, ABOMINABILE ERIT VOBIS, — quia quatuor pedes signum suum, illud non tam esse volvare, quam in terrestre animal degenerare: ideoque illud immundum haberi volo (1).

21. HABET LONGIORA RETRO CRURA, PER QUALE SALIT.

— Quia tale non omnino terrenum est, sed ignei

aliquid se habere, per salum ostendit. Unde mundum censeri volo (2).

Tropologice, hi sunt Sancti, qui in carne et pompa sæculari constituti, non secundum illam militant, sed a seculi sorribus resilunt, et in eternitatem cogitatione et desiderium exsilunt. Ita Isychius et Radulphus.

22. UT EST BRUCHUS IN GENERE SUO (haec munda sunt quia salunt), ET ATTACUS, ATQUE OPHIOMACHUS, AC LOCUSTA. — Probabiliter est haec quatuor esse locustarum species, niti Rabbini et Catholicæ pletrice consentunt: Abulensis ita illa distinguunt, ut locustam dicat esse et dicti bruchum, quando nascitur; attacum, cum incipiit habere alas; locustam, cum iam omnino perfecta est. Hinc etiam ophiomachus non est eiconia, aut pelicanus, vel avis alia, cum hic dicatur esse quadrupes; sed est certa locustarum species, ut sint precedentes. Hanc enim significare videtur vox Hebreæ חַרְבָּן harbol. Ita Vatablus, Olearius et alii: aliqui lacerta a Graecis vocatur ophiomachus, eo quod cum serpentibus pugnet; verum lacerta nominatur et veterat vers. 30. Porro ophiomachum esse locustam speciem, aequa ac bruchum et attacum (vel attelabum), diserte asserti Suidas et Isychius.

(1) Designatur hic insecta alata et saientia.

(2) Ex vetusta scriptione esse pro קֶרֶי keri, ipsa

exprimuntur versiones antiquæ

ehus in Lexicis, ac Aldrovandus, lib. *De Insectis*, cap. *De locustis*, pag. 408, qui et addit ex Aristotle, Plini et alio quadam oculato teste, locustas quasdam pugnare cum serpentibus, inde que vocari ophiomachos. Sic et Isychius hic, qui et tropologicæ addit, ophiomachum significare viros strenuos, qui sepes difficultatum transiliunt, mentem attollentes ad celestia, pugnantque cum serpente infernali, cogitantes illud Pauli: « Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, et aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in celestibus, » Hinc *Egyptii*, ut Pierius, *hierogl.* 28, per ophiomachum denotabant modestiam, temperiam et continentiam: quippe que virtutes nequitiae opposite sunt. Ille siquidem serpentem oppugnat, dum volutatem proreptem terre alludit, per meditationem saliendo ad res divinas, easque degustando per affectum et desiderium.

Locustas comedunt Judei, ut et multe aliæ gentes, ut *Ethiopæ*, *Libyæ*, *Parthi* aliquæ Orientales, qui inde ἀπεδέχονται, id est locustivæ, sunt dicti, testi *Diodoro Siculo*, lib. III, cap. II, et *Plinio*, lib. VI, cap. XXX, et *Hieronymo*, lib. II *Contra Ieremieum*. Ita S. Joannes Baptista locustas comedunt. Porro locustas comedebant vel elias, vel testas et in pollinim redactas, imo etiam sale et fumo duratas in totum annum servabant. Quomodo et quale homini alimentum sit locusta, dicit *Berionario Mercurialis*, lib. II *Variorum lectionum*, cap. XX, ubi inter alia docet locustas cibum esse siccum, qui vitam abbreviat, pediculos, gignat, et morbos crevit.

Vers. 23. VERS. 23. QUIDQUID AUTEM EX VOLUCRIBUS QUATUOR TANTUM HABET PEDES, EXECRABILE VOBIS ERIT. — Pedes intellige aquiles: nam si posteriores habet longiores quibus saliat, mundum erit, ut dictum est vers. 21.

Vers. 24. VERS. 24. ET QUICQUEM MORTICINA EORUM TETIGERIT, POLLUTERET, etc.; ET SI NECESSE FUERIT UT PONAT QUIPPAM HORUM MORTUUM (verbi gratia, ut illud efficeret debeat ex urbe aut via, ne aerem inficiat), LAVABIT VESTIMENTA SUA, etc.

Vers. 25. VERS. 25. 24 et 25. ET QUICQUEM MORTICINA EORUM TETIGERIT, POLLUTERET, etc.; ET SI NECESSE FUERIT UT PONAT QUIPPAM HORUM MORTUUM (verbi gratia, ut illud efficeret debeat ex urbe aut via, ne aerem inficiat), LAVABIT VESTIMENTA SUA, etc.

Vers. 26. VERS. 26. 24. 25. 26. ONNE ANIMAL QUOD HABET QUIDEM UNGULUM. — Est anapæhalosis, et repetitive precedentium. Unde subdit: « Qui tetigerit illud, cadaver, vel morticinum illius, uti explicuit vers. 24, 25, 27, « contaminabitur: » nam viva animalia immundia, ut equos, camelos, asinos, tangere, illes inquitare poterant Hebrei. Ita Vatablus, Abulensis et alii.

Vers. 27. VERS. 27. 26. 27. QUOD AMBULAT SUPER MANUS (q. d. Animal, cuius pedes anteriores sunt quasi manus, ut simili manu aliis, etiam indigne, imponunt. Ita Isychius.

Tropologice, notantur hic hi qui, quæstus causa, citio manus aliis, etiam indigne, imponunt. Ita Bochartus.

(3) Nominatur hic crocodilus terrestris, seu *acincus lacertus*, etiamnum Arabibus *dabb* dictus.

(4) Videtur esse lacerta species, *תְּפִנָּה* dicta, quod sonum raucum et gemebundum edit.

tempus ad discriminandam et obliterandam quasi immunditatem.

Vespera tropologice pœnitentiam significat: « Ad vesperam enim demorabitur fletus, et ad matutinum letitia. » Ita Isychius.

Allegorice, vespera sive solis occasus significat neccen Christi, qua omni peccatum, omnisque immunditia ablata est in mundi vespera, id est in novissima mundi ætate. Ita Abulensis in cap. *xvi. Quest. VIII.*

29 et 30. HAC QUOQUE INTER POLLUTA REPUTABUT, MUSTELA, ET MUS, ET CROCODILUS, MYGALE, ET CHAMELEON, ET STELLIO, ET LACERTA, ET TALPA (3).

— Hæc hic veterant Judæis, quia gentes nominales et Barbari hisce et similibus vescebantur. Ita Stuckius, lib. II *Concilium*, cap. ix, docet quod Germani milites olim comedenter bombyces fri

xos, Itali mustelas, Hispani testudines domiporatas: quin et bofie multi fungos, ostreae et conchylia, etiam cruda comedunt, que tamen ex putredine proceri sciuntur. Velut ergo hic Judæis mustela, quia furax est, et naturam habet muris, videturque esse longus mus; non autem immundus est, quia terrenus et fecidus (2).

Tropologice, mus et mustela significant pauperum fraudes, et pauperes fraudulentos. Ita Radulphus;

— unde et Cyrilus, lib. IX *Contra Julia num*: « Mustela, ait, et mus designant timida et minus virilia, obstreperaque furum genera. » Quare Brasidas murem in carceris a se deprehensione morsus ab eo dimisit, addens: « Nihil ita est exiguum, quod salvum esse non possit, si se tueri, vel vim inferentes uicisci audire; » testis est Plutarchus in *Lacon*.

Crocodilus immundus est, quia amphibia est, durus et rapax (3).

Tropologice, crocodilus latrones publicos significat. Ita Radulphus.

30. MYGAL (4) — est mus araneus, qui muris est magnitudine, mustelina specie, ore oblongo, cauda gracili, ut ait Aetius. Abundat his insula Britannia; dictu mygale, quasi μύγαλη, id est mus; et ψάρι, id est mustela: quia ex utroque animali participat et quasi componitur mygale, ex quibus utrumque pariter trahit vitium edacitatis et furti. Ita Isychius et Radulphus.

Demochares furem ab undecim viris abuci vident: « Vah miser, ait, cur tantula furatus es, et tui?

(1) Nota. יְמִינָה non significare animalia reptilia, ut vermes, serpentes, sed animalia quadrupedia, quæ habent pedes ita breves, ut incendiendo ventre prope terram contingat (quæque noster La Fontaine vocat, *la genotte-meau*). Quedam et volucria minuta, *תְּפִנָּה* etiam vocantur. Primaria enim notio verbi illius est universum in movendo, vernando.

(2) Hebreæ vox *talpam* potius videtur designare. Ita Bochartus.

(3) Nominatur hic crocodilus terrestris, seu *acincus lacertus*, etiamnum Arabibus *dabb* dictus.

(4) Videtur esse lacerta species, *תְּפִנָּה* dicta, quod sonum raucum et gemebundum edit.

non potius magna, ut tute etiam abduxisses alios? sive indicans a parvis furtis debere nos absconderi parvitatem et vilitatem rei, cui tanta conjuncta est infamia; a magnis enim scelus ipsum et furca satis absterret.

Quodlibetum est a Socrate, « cur rideref? » Respondit: « Video magnos latrones ducentes parvum ad suspendendum, qui digniores sunt suspensio. Sacrifegia, ait, minima puniuntur, sed magna in triumphis feruntur. » Ita Valerius Maximus, lib. VII.

Zeno servum in furto deprehensum cedi jussit; cumque is se excusat, ut diceret, « sibi fuisset in fatis ut furaretur: Et cedi, ait, in fatis erat. » Ita Laertius, lib. VII, cap. I.

CHAMELEON. — Graece *xanthos* dicitur, quasi *humilis*, sive *purus leo*; animal est figura et magnitudine laerteri, colorum serpente corpore mutans; nam ad colores quos videt conversione facillima variatur, præterquam ad rubrum et album. Hinc parvitia: « Chameleone mutabilior, » significans versipellem, inconstitentem, et pro tempore sessa vertentem in ornem habitum. Unde?

Tropologicus, chameleon significat parasitos, qui os et verba omni vento accommodant, sicut Radulphus.

Hinc Gregorius Nazianzenus scribens in Julianum Apostolam, eum comparat chameleonti; sicut enim chameleon, sicut ali variatur, omnesque assumunt colores prædicti candidum, ita et ille ex Christiano factus est *symanticus*; ineratque ei humanitas, sed inhumana, sicut—laque eius nū aliud erat quam violentia, et inumanitatem excusatione probitas, ut videatur jure ad violentiam configere, cum persuadendo nū proficeret posset. Recte Seneca in Proverb. : « Maximum, inquit, indicium malorum mentis est fluctuatio, et inter simulacionem virtutum et amorem vitiorum assidua similitudo. »

Rursum, chameleon rostrum habet simile squillo, cauda est prælonga, unguis habet aduncos, motum tardiu[m] ut testudo, corpus asperum ut ercoleus, ipse celsus, hiant semper ore, solus animalium nec cibos nec potu[m] alitur, nec alicuius aeris alimento, inquit Plinius, lib. XXVIII, cap. VIII, Aristoteles, lib. II De Animal. cap. II, Solinus et alii.

Ubi nota primo: Abulensi in cap. XIV Deuter. censet chameleontem proprie non mutare colorum, sed speciem; color enim rei objecte non potest producere in eo colorum, sed sui speciem: itaque chameleontem colorum ex se speciem emittere, sed debilem et tenuem; eundem vero in se suscipere fortiorum speciem coloris ex re objecta, eamque reflectere ac si esset speculum, ita ut ejus proprius videatur esse color. Verius ali censem chameleontem mutare colorum, per contractio[n]em sanguinis et spirituum: unde Aristoteles ait od inflatus mutat colorum, sicut nos in pudore, tu, vel latitia, mutamus colorum; cum enim

chameleon colorum objectus videt, illum ita phantasim suam imprimat, ut per dilatationem vel contractionem sanguinis et spirituum jam dictam, eundem in corpore suo exprimat. Vide Simonem Portium, lib. De Coloribus, qui extat inter opera Aristotelis.

Nota secundo, quod Plinius et alii tradunt, *chameleon* sive *cibo ex solo aere vivere*; abso-lute non est verum: nullum enim est animal quod sine cibo ex aere vivat.

Unde Theophrastus docet chameleontem ex rore vivere, et sepe deprehensum esse muscas, comedere: atque hinc forte orta est illa vulgi opinio, eum ex aere vivere, scilicet ex eo quod chameleon cum sit tardus digestorum, dum sine cibo vivat, cumque eum sumit, tenuum et levem mat, utrōque rōrem, muscas, etc. Ita Augustinus Niphius, Gesnerus et alii. Pari modo quod de salamandra falsa jactatum est, eam in igne vivere, eaque non comburi, inde ortum habuit, quod salamandram proper frigiditatem et crassitatem sinebat, non tam cito consumatur, quia, quin et cum subinde, si parvus sit, extinguitur.

Hinc symbolicus chameleontes sunt, qui vento honoris et muscos deliciarum se pascunt. Domitianus imperator, teste Suetonio, solebat quotidie per duas horas oblectare se captando muscas; ut qui res in proverbiis abierit: « Ne musca quidem, vultus ipsa solus nec muscam reliquam sinebat. » Domitianus, totius orbis negotia geris et regis, quid ergo captas muscas? Quam multi Christiani stolidioressum Domitianus, qui cum salutem suam et eternitatem procurare debeant, quotidie non dubius, sed omnibus horis captant muscas! Ambis opes, museum ambis. Ambis sponsam divitem et speciosam, museum ambis. Ambis vina et delicias, muscas ambis, que carnem, quae palatum vitillant, non satiant, que brevi in sordes et cadavera versa, fastorem et nauseam parient. Ambis prebendam, ambis officium, museum omnis, rem exilium ambis, que brevi ait ad successorem avolabit. Vis honorari, vis precellere, vis amari, vis coli, museum ambis; quasi chameleon populi aurum captas, ventum haec, vento vivis, vento deliciarum. O curas hominum, o quantum est in rebus inane! Miseri, ceci mortales, curritis quasi gallinae sine capite, sine cerebro ad escam, ad vermes, ad papillones, ad museus; curritis ad præbendas, ad dignitates; curritis ad mensas, ad convivia, ad pocula; curritis ad merces et opes, et non semel cogitatis: Et quid tandem? quo haec omnia? quid post haec erit? eum hic sum? cur a Deo animam rationalem et immortalē acceperit? cur solen columque suspicio? quis locus, quis status auctam mean, post haec omnia brevi finienda, excipiet? Ilo nunc, adolescentem, sialte, inebriare, ventri et veneri indulge; sed scito quod pro his omnibus adducet te Deus in iudicium, quod ibis in domum eternitatis tuę. Vive ergo, non ut chameleon muscos, sed ut leo

Stellio
et schola
francis

gallinae
que ha-
bitat
in se-
rum,
t. s. si-
gnificat
esem-
natos

esecis solidis, vive Deo, vive ETERNITATI; esto aquila: « Aquila non captat muscas; noli embre primas inter graecos, cum aquila esse possis. »

STELLO. — Animal est non dissimil lacerto, multo tamē minus, tergum habens lucentibus quibusdam gutta depictum ad modum stellarum, vescitur rōre et aranis; morsus eius hominem semistupidum facit, varieque affici; nullum animal stellione homini fraudulentus invidet: cutem enim quam quotannis exult, proditione devora, ut præcipiat homini presentissimum contumis morbi remedium. Unde stellio significat fraudulentum, et crimen stellionatus vocatur crimen doli et imposturae. Ita Plinius, lib. XXX, cap. x. Stellionis vox erat illa Lysandri, qui, cum culpatur quod multa per dolum agebat, respondit: « Ubi leonina bellis non sufficit, illi assunda est vulpina. » Testis est Plutarchus in Apophthegmatibus.

31. OMNIA HEC (REPLICA) IMMUNDA SUNT, — non tantum quoad esum, sed etiam quoad tactum, ita ut ea tangere non liceat, ut patet vers. 41 et 43, et cap. v, 2, ubi reptile sequatur morticino, quia venenosus est utrumque.

32. CILICIA. — Hebrews est *pw sac*, id est sacrus, per quem Hebrews significant vestes e pilis sacra, quales sunt rusticorum, mendicorum, portentium.

In QUOCUMQUE FIT OPUS, — q. d. Vas quodcumque, quo ad opus aliquod utimur.

Et POSTEA MUNDABUNTUR, — id est erunt munda; non enim alia lotiones vel mundationes erat opus, sed adveniente vespera expirabat haec legalis munditia, ut rursum censerentur munda. Patet ex Hebrewo, Chaldeo, Septuaginta.

33. VAS AUTEM FICILE, IN QUOD HORUM QUIDQUAM INTRO CEcidENT, POLLUTERET. — Hebrews, omne quod est in eo, scilicet vase tali, polluetur, et idcirco frangendum est. quia scilicet ficile est: nam si foret lignum aut metallinum, non esset frangendum, sed ablendum, ut dixit vers. p[ro]p[ter]e. Similis audiendum de vas fictili, in quo coquitor caro sacrifici pro peccato, cap. vi, 28.

34. OMNIS CIBUS, etc., SI FUSA FUERIT SUPER EUM AQUA, IMMUNDUS ERIT. — « Aqua, » intellige immunda vel flues ex immundo vase; unde Chaldeus vertit, *aqua qua aliquid horum*, puta pollutorum jam dictorum, *teligerit*.

Tropologicus, aqua immunda molliet animi significant; est enim haec aqua cupiditalis, qui inicit illud cui miscetur. Sicut ergo tentatio immunda tali aqua madidos molles et languidos necat, sic arioides et fortes exercet, roboret et conrotat. Ita Radulphus.

ET OMNE LIQUENS QUOD DIBITUR IN UNIVERSO VASE, IMMUNDUM ERIT. — « Vase, » intellige immundo. Nota: tantum de liquidis dicitur, quod ea polluantur; unde videtur quod siccata, v. g. panis in tali vase immundo positus, non fuerit pollutus: c[on]jus ratio congrua est, quod siccata non tam fascile sordes recipiunt, ut humida.

35. ET QUIDQUID DE MORTICINIS HUJUSCEN- DERIT SUPERILLUD (VAS), IMMUNDUS ERIT, — scilicet illud vas, in quo aliquid de morticinis cecidit.

Sive CLIBANI (quibus panes coquuntur), *myia* CHYTROPODES, — id est olla habentes pedes, ut sunt

dipodes, tripodes, etc., quia fletiles sunt et lutē, juxta dieta vers. 33 (1).

Tropologicē, cibānus est patientia Martyrūm, chytropodes sunt Doctores, in quibus cibi sāne doctrinæ, supposito igne operationis Spiritus Sancti, coguntur; quia hæc nihil prouunt, nisi omnia immunda declinent. Ita Isychius et Radulphus.

36. FONTEs VERO, ET CISTERNE, ET OMNIS AQUARUM CONGREGATI MUNDA ERIT. — Intellige, etiam si quis immundum in ea cecidit: ita statutus Deus ob necessitatem aquarum, quibus carcere nequit homo (2). Eadem ratio est de semine, ut sequitur vers. 37, nisi illud esset aqua perfusum; tunc enim, quia humidum, facilius sordes contrahebat, ideoce censebatur immundum, dandrumque erat bestiis, quia nulla expiationis hic fit mentio.

Tropologicē, fonte et semine significant doctrinā veritatis, que etiam de mortificis, id est vitiis, disputans aut disserens, non polluit, neque polluit, nisi animam aquæam et mollem, que turpia per consenatum altrahit et imbibit. Ita Radulphus.

40. QUI COMEDERIT EX EO (mortificino) QUIDPIAM, SIVE PORTAVERIT (intellige nesciens), IMMUNDUS ERIT USQUE AD VESPERAM; — nam ei sciens comedisset quis, graviter peccasset, et supplicio fuisset dignus.

41. OMNIS QUOD REPTAT SUPER TERRAM, ABOMINABILE ERIT, — quia terrestre, fædum et venenosum est, ut dixi vers. 31.

Tropologicē, reptilia sunt et reptant, qui calum et celestia negligunt, qui corpus et mentem per terram trahunt; quorū omnia desideria sunt terrena, quorum mens non est in æthere, sed in ære, quorum Deus venter est, aut mammona, aut ambitio. Similis tropologia est sequentia.

42. QUIDQUID SUPER PECTUS QUADRUPES GRADITUR (quia pedes habet breves: unde necesse est ut in motu immitat ventri et terræ, uti serpentes). Tropologicē significant gastrimargia sive gula dedit: ita Isychius, ET MULTOS HABET PEDES (ut verves), SIVE PER HUMUM TRAHIT (uti sunt reptilia), NON COMEDIT, QUA ABOMINABILIS EST.

43. NOLITE CONTAMINARE ANIMAS VESTRAS, — id est vos ipsos, contrahendo immunditiam legalem, per eum animalium hic velitorum; quanquam poterant contaminare animam etiam peccato, si scilicet scienter contra preceptum hoc ea comedissent.

(1) *Chytropodes* sunt, vel loci in focis excavati, infra subiectum ignem habentes, et superius orificia, quibus oleum impunctor, Gall. *bouches de fourneau*; vel *olos sus-tentaculorum*, quo hodie arabes Scienti utuntur, dum olim impunctor tribus lapidibus fere aquilabilis, ut commodius ignis subi possit, teste Golio, p. 21.

(2) *Qui mortificum eorum*, id est, sed (particula γ hic habet vim adversativam) qui cadavera in his jacient tetigerit, etc.

NE TANGATIS QUIDQUAM EORUM, — que maxime præcesserunt: nam alia saltē tangere licet, v. g. camelis insidere poterant, uti dixi vers. 26. Ille patet ex hac lege non licuisse Iudeis tangere reptila, ita ut, si ea scientes tangent, peccarent.

Judei ergo pro reptiliū contactum, non tantum incurrebant immunditiam legalem, ut vult Abulensis, sed et spiritalem, puta peccatum.

Violabant enim hoc præceptum Dei: « Nec tangatis quidquid eorum; » et rursus: « Ne poliatis animas vestras in omni reptili. » Jubel enim Deus, ea quasi immundissima nec comedi, nec tangi: « Ne, ali, immundi sitis, » scilicet tam legaliter, quam spiritualiter. Ratio est que sequitur.

44. SANCTI (id est mundi) ESTOTE (sic sanctos) PRO MUNDO CAPITUR, Deut. xxii, 14, ubi dicitur: « Ut sint castra tua sancta, » id est mundi, quia EGO SANCTUS (id est mundus) sui, — qui detestor immunditiam Gentilium in sacrificiis et epulis, de quibus S. Augustinus, lib. VI et VII *De Civitate*, quicke volo vos sanctificare meam spiritalem hanc corporali vestra imitari et representare.

Nota: Temperantia et abstinentia a cibis veltis vocatur hinc sanctitas, id est puritas, quia cibi velti censebantur immundi, polluti et execrables, ac comedentes polluere et contaminare, uti sapientius hic inculcat Deus. Audi S. Bernardum, serm. 22 in *Cant.*: « Usitatim, ait, in Scriptura sanctificationem pro continencia, seu munditia ponit. Denique quid illæ apud Mosen tam crebre sanctifications aliud erant, quam quedam purificationes hominum temperantium se a cibo, a potu, a concubitu, hisque similibus? Sed audi Apostolum: Haec est, ait, voluntas Dei, sanctificatione vestra, ut sciat unusquisque vestrum vas sum possidere in sanctificatione, et non in passione desideri. Item: Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Liqueat quod sanctificationem pro temperantia ponit. » Notent id heretici, discantque hic, jejunia et abstinentia legi Dei et Ecclesie sanctam, vocari et cetero conservant.

45. NOLITE CONTAMINARE ANIMAS VESTRAS IN OMNI REPTILI — Audi, ait hoc et intelligent tropologicē Christiani, ut tis qui humi repunt, queque ima terra sunt bona, non se polluant, sed animam sanctam Deo et cetero conservant.

45. EGO ENIM SUM DOMINUS (Hebreia ego sum I) hova, scilicet in me ipso per essentiam, et elohim, scilicet vobis per providentiam, imperium et gubernationem, qui EDIXI VOS DE TERRA EGYPTI, UT ESSEM VOBIS IN DEUM, — q. d. Ideo eduxi vos, ut essetis mihi populus separatus ab aliis gentibus, earumque ritibus, et peculiariter cultui meo addictus. Hoc beneficium, quia primum, maximum et fundamentum ceterorum, passim inculcat Deus.

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Præscribitur purificatio, et oblatio, facienda puerpera 40 die a parte expleto, si masculum; 80 die, si feminam peperit; videlicet ut offerat agnum in holocaustum, et pullum columba et turturum pro peccato; si pauper sit, offerat duos pullos columbarum, vel duos tuturus.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere filii Israel, et dies ad eos: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstrua. 3. Et die octavo circumcidetur infantulus; 4. ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sua. Omne sanctum non tangat, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleteur dies purificationis sua. 5. Si autem feminam peperit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sua. 6. Cumque expleti fuerint dies purificationis sua, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullum columba sive turturum pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti, 7. qui offeret illa coram Domino, et orbit pro ea, et sic mundabitur a profluvio sanguinis sui: ista est lex parentis masculum aut feminam. 8. Quod si non invenerit manus ejus, nec poterit offere agnum, sumet duos tuturus vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato; orbitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur.

Vero.

2. MULIER, SI SUSCEPTO SEMINE PEPERERIT MASCULUM, IMMUNDA ERIT SEPTEM DIEBVS. — Pro suscepto semine, hebreæ est *תְּצִירָה*, quod Olearie, Cajetanus hic, et Jansenius in *Concord. Evangel.* cap. x, vertunt, si fecerit semen, id est prolem, hoc est, si generat. Est enim *tzaria* in *hiphil* activum; et semen passim in Scriptura capitur pro prole.

Verum melius verllisse nostrum Interpretem, qui pro *tzaria*, a suscepto semine, » patet primo, ex eo quod seminatur, quod cuius, « et pepererit; » inde enim patet *תְּצִירָה* tantum, quae suscepto semini, *tzaria* quod precedit, vertendum esse, si suscepto semen, sive conceperit, formarique futum: et alioquin enim dicatur, essetque tautologia dicendo: Si generarit, et pepererit.

Secundo, quia cum nostro Interpreti consentiant Septuaginta, qui vertunt *τὸν απεραγόντην*, si suscepit semen; et Chaldeus, si conceperit; et Hebrewi, Lyranus et Vatablus, qui verit, si suscepto semen marem pepererit.

Tertio, quia Hebreum *tzaria* proprie significat, si seminaverit, si semen fecerit et emiserit, more scilicet naturali et ordinario, hoc est, si suscepto viri semine, suum quoque emitens, conceperit. Muller enim in conceptu viri semen suscipiens, suum quoque emitens in matrem, atque fortificat, itaque crescit, et tandem in membra consurgit; siveque concepit embryo, sive infans, inquit Hebrei et Vatablus, qui ad²

« Ex virili semine formantur nervi et ossa, ex mulieris vero semine producentur caro, sanguis et pili infants. » Sed hoc ultimum negant medici, asseruntque membræ omnia mixtum formari ex semine, tam mulieris quam viri (1).

Hinc R.

Virgo

con-

pus

pas-

san-

cto

re-

spiri-

tu-

no-

tac-

tu-

re-

obligata.

Ita do-

cet Pa-

tri,

(1) Simplicius et rectius: Forma *hiphil* hand raro in-
testinavim notionem obtinet, ut *πίπιτι*, *forlī fūtū*. Cf.
xi, 32; II Chron. xxxvi, 8.

tatem probabantur Arlani, qui Deiparam Mariam iis sacrificiis, que pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuisse assertunt.

Unde et nostri heretici Melanchthon, Artocleius, Sarcerius et alii, alias in B. Virginem iniqui, idipsum confitentur, uti ostendit Petrus Canisius, lib. IV *Mariol.* cap. XI. Simili modo *Exodi* XII, 2, ex Patribus ostendit lege illa primogenitorum non fuisse comprehensum Christum, eo quod Christus non aperuit vulvam matris, sed ea clausa ex Virgine natus est.

Dicte: Hec lex purificationis statutum purisperis propter fluxum sanguinis, qui eis naturaliter contingit in puerperio, ut dicunt vers. 4; ob hunc enim immundum censebantur puerperae, et purificari debebant; atque iste fluxus fuit etiam in Beata Virgine: ergo et haec lego comprehensus fuit, debuitque purificari. Ita Abulensis.

Parus. Respondeo minorem esse falsam, esseque contra communem Patrum sententiam, qui assertunt partum B. Virginis fuisse purissimum, omnisque sordis et fluxus sanguinis expertum, Ita discrete Sophronius in VI Synodo, actione II: « Parus, ait, Virginis fuit incorruptibilis, quia sine fluxu sanguini, aut simili passione perfectus est. » Ita et Epiphanius, lib. III *Contra heres*, in fine, S. Cyprianus, serm. *De Nativ. Christi*, S. Augustinus, lib. *De Quinque heres.*, heres, 3: « Stule, inquit, unde sordes in Virgine matre, ubi non est concubitus cum homini patre? unde sordes in ea, que nec concipienti libidinem, nec pariendo passa est dolore? » Ita et Synodus Trullanica plusquam 200 Patrum, *Can.* 10, partum Virginis absque secundinis (licet ali vertant, *absque dolore*) fuisse definit. Voluit ergo Spiritus Sanctus excellentiam Virginis hic indicate, quo magis elucet ejus humilitas et obedientia, qua licet legi huic non obnoxia, eam tamen adimplivit, ut una ceterarum puerperarum immundarum. *Esto*, ait S. Bernardus, sermona 3 *In Purificatione*, o Virgo, inter mulieres tanguan una earum; nam et filii tuus sis est in numero puerorum.

Hec lex purificationis jam est abolta, uti et reliquias ceremoniales veteris Testamenti; nostrae ergo puerperae ca non obligantur, possumque sine peccato statim a parte gratias auctorem templum ingredi, uti respondit Innocentius III, cap. unic. *De Purificat. post partum*: tamen ob venerationem imitationemque B. Virginis, multe ab ecclesiis introit 40 diebus post partum abstinent, ait Radulphus, lib. VIII, cap. vi, sub initium. Unde et Innocentius addit: « Si fatigata ex devotione aliquandiu voluerit abstineat ab ecclesia, devotionem eam non ducimus impondam. »

Dicte: In Missa *Aethiopum* dicunt in benedictione puerpera: « Tu, Domine, docuisti Mosen constitutionem mundam, etc.: quesumus ergo precilla que servavit constitutionem tuam: ergo hec Mosis constitutio etiam Christianas obligat.

Respondeo: « Quae servavit constitutionem tuam, » intellige, quoad ipsam ceremoniam purificationis, non autem quoad ipsam rationem obligationem legis, sive constitutionis; nostra enim puerpera huic constitutioni se conformant, non quia illa obligantur, sed sponte et ex devotione sua iam dicta.

Tropologice, hoc purificationis symbolum erat penitentie, qua puritatem animi recuperamus.

Præclare Nazianzenus, orat. 6: Nihil, ait, Deus purus tanto in prelio habet ac puritatem, aut purgationem. Et Barlaam morituras discipulo suo Josaphat commendat animi puritatem, quasi ingentis preti thesaurem, teste Damasceno. Hinc ad purgandas criminum sordes balneum ex sanguine suo nobis Christus preparavit. Nam, ut ait St. Joannes, *Apocalyp.* 1: « Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. » Et Paulus ad Titum II: « Dedit sometipsum pro peccatis nostris, ut nos redimeret ab omni iniquitate et munditate. » **Si** populum accepitabilem. Quare Tertullianus, lib. *De Penit.*, docet statim esse penitendum, et animam peccato lesam statim curandum et purificandam esse ostendit exemplo brutorum. « Cervus enim transfixus, ut ferrum et irrevocabiles moras ejus de vulnere expallat, scilicet sibi dictamno medendum. Hirundo si exceccaverit pullos, novit illos oculare rursus de f. et helidonia. Peccator restituendo sibi institutum a Domino exomologans sciens, præteribit illum? » Idem habet Pacianus, *Ehort. ad penit.*, unde subdit Tertullianus: « Penitentiam tu peccator ita invade, illa amplecare, ut nafragus aliecius tabule fidem: haec te peccatorum fluctibus mersum prolevarabit, et in portum divinis elementis protelabit. »

S. Ephrem, lib. *De Die iudicis*: « Compunctio, ait, sanitas anima est, illuminatio mentis est; compunctio remissionem delictorum nobis acquirit. » S. Hieronymus in epistola Fabiolæ, agens de ejus contritione: « Quae peccata, ait, fletus iste non purget? quas invertebras maculas haec lamento non abnant? » Et infra: « O felix penitentia, quae ad se Dei trahit oculos! » S. Ambrosius, lib. II *De Funit.*: « Evidenter, ait, Domini predicatione mandatum est etiam præmissum criminis reis, si ex torto corde, et manifesta confessione peccati penitentiam gerant, Sacramenti celestis refundendam gratiam. » S. Chrysostomus, serm. *De Penit.*: « O penitentia, ait, quae peccatum miserante Deo remittitur, et paradisum reservatur, quae contritum sanas hominem, et tristem exhilarat, vitam de interitu revocat, statum restaurat, honorem renovat, fiduciam das, reformas vires, gratiamque abundantiorum refundis? O penitentia, quid de te novi referam? Omnia ligata tu solvis, omnia soluta tu reseras, omnia adversa tu mitigas, omnia conforta tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O penitentia rutilantior auro, splendoris sole, quam non vincit peccatum, nec

defactio superat, nec desperatio delet! Penitentia respuit avaritiam, horret luxuriam, etc. O penitentia misericordie mater, et magistra virtutum! magna opera tua, quibus reos resolvisti, ac reficiis delinquentes, lapsos relevas, recreas despatatos. Per te subito rapuit latronem Christus ad regnum, per te David post flagitium, felix iterum recipit Spiritum Sanctum, » etc.

Rursum S. Ambrosius, lib. II *De Penit.*: « Fancius, ait, inventi qui innocentem servant, quam qui congrue egerint penitentiam? » Si queras, Quam ergo, Ambrosi, congruum vocas penitentiam? respondet ibidem: « Renuntiandum secundo est, sonno ipsi minus indulgendum quam natura postulat, interpellandus est gemitos, interrumpendis suspiris, sequestrandis orationibus: vivendum est ita, ut vitali huic moriarum usui, seipsum sibi homo abneget, et totus mutetur, siue quandam adolescentie fabule ferunt post amores meretricios peregre protectum, et abholito amore regressum postea veteri occurrit dilectio: quae ubi non interpellatam se mirata, putaverat non recognitam, rursus occursens dixerit: Ego sum; responderit illa: Sed ego non sum ego. Unde bene Dominus ait: Qui vult venire post me, abneget semel ipsum sibi, et tollat erucem suam et sequatur me. » Loquitur Ambrosius de exacta et perfecta penitentia, quam pauci agunt: communem enim, quae presertim accidente Sacramento penitentie, sufficit ad remissionem peccatorum et ad saltem, multi amplectuntur et agunt.

INMUNDA ERIT SEPTEM DIES — ita ut nemini ne marito quidem, cum ea versari licet per septem dies: reliqui deinde 33 diebus, qui superunt usque ad 40, arcatur quidem sanctuario, sed tamen cum ea locupl. vesci et versari (non tam copulam habere, sit Abulensis: erat enim instar menstruata) licet: idcirco hisce septem diebus dicebatur separata, erantque hi dies separationis; reliqui vero 33 erant dies purificationis.

JUSTA DIES SEPARATIONS MENSSTRUA, — q. d. Hisce septem diebus tam immunda erit, quam mulier menstruata, et eodem modo se separat et immundum gerere debet, ac menstruata, de qua cap. xv, vers. 19.

4. IPSA VERO TRIGINTA TRIBUS DIESBUS MANEBIT IN SANGUINE PURIFICATIONIS SUE, — id est, in sanguine quo assidue purgatur, inquit Januarius in cap. x *Concord. Evang. Secundo*, per hypallagen, q. d. Manebit in purificatione sanguinis sui, donec scilicet a fluxu sanguinis purgetur, de quo plura vers. 5. Similis hypallage est *Exodi* xii, 41, *Jerem.* xi, 49, et alibi.

Tropologice, in sanguine purificationis manera, est arxum mortalitatis sustinere, in quam peccando lapsi sumus, per quam tamen ab his que commissimus emundamur: ut quadragesimo die resurrectionis. Domino in templo

celesti immortales et glorirosi sistamur. Ita Radulphus.

Rursum symbolice et proprie, sanguis hic et sorores puererii, effectus, poena et indices erant libidinis, quam habuit femina in conjugali copula et conceptu. Quod enim concepit turpum amor, hoc partur cum dolore, purgatur cum fectore. Ita justa et eterna Dei lege sanctum est. Voluit ergo Deus haec purificatione significare castitatem conjugii non accedere ad calibatum, sed impuram esse; et conjuges in conjugio egere purificatione. Recole Cassianus, *Collat. XI*, cap. XXXIII: « In lege, ait, in qua conjugiorum iure servantur, quamvis cohabititia luxuria evagatio, uni tantum, femme tamen mancipatur. Hinc nequam possunt carnalis concupiscentiae aculei non vigerere, et difficile est ut ignis, cui etiam studiose publibus suggestur, ita prefixis terminis includatur, ut non etiam extravagatus amburat; quidquid stitterit. » Plena ergo puritas est in castitate et continentia, cuius candorem, decus et elegia ita depingit S. Cyprianus, lib. *De Bono pudicitie*: « Pudicitia, ait, est honor corporum, ornamenatum morum, sanctitas sexum, vineum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordia caput. Pudicitia sollicita non est: » ad placet, nisi sibi. Pudicitia semper verecunda, dum innocentiae mater est. Pudicitia semper ornatur sole pudore, bene sibi tunc conscientia de pulchritudine, si improbis displicet. Pudicitia nihil ornamentorum querit, deus suum ipsa est. Ille non communiat Dominino, connectit Christo; beata ipsa, et beatos efficiens apud quoscumque habitare dignatur: quam nunquam accusare possunt, nec qui eam non habent: venerabilis etiam hosibus suis, dum illam multo magis mirantur, qui eam expugnare non possunt. »

S. Ephrem, serm. *De Castitate*: « O castitas mater dilectionis, et angelica vita ratio! O castitas que mundo es corde, ac dulci guttura hilarique aspectu! O castitas que homines angelis similes reditis! O castitas donum Dei, benignitas, discipline cognitionis pena! O castitas, portas tranquillias, in summa pace ac securitate constitutas, » etc. Et auctor libri *De Singul. Clericorum* apud S. Cyprianum (hunc enim librum non esse Cypriani patet ex stylo): « Castitas, ait, mulier invictum est sanctimonie, et expugnatio fortis infamie: fortitudinis firmitas, et lascivie petulantie infirmitas: probitatis presidium, et improbitatis excidium: anime victoria, et corporis preda: ubertas gloriarum, et sterilitas crimini: promuta sanctitatis, et repudium turpiditatis: sinceritatis indicium, et abolio scandalarum: exercitium continentie, et evacuatio tota luxurie: pax secura virtutum, et debellatio inquieta bellorum: puritas culmen, et libidinis career: honestatis portus, et ignominie naufragium.

galis locus : virginitatis mater, et hostis immunditie : lorica pudoris, et spolium probosatis : corruptionis exitium, murus rigor, et destructionis vulgaritatis : severitatis gladius, triumphator et dissolutionis occisor : armatura virium, et exarmatura fluxorum : integratius dignitas, et fornicationis additio : claritatis fastigium, et deinde cor precipitum : voluntas bonorum operum, et afflictio vitiorum : refrigerium pudicitiae, et pena petulantiae : acquisitionis triumphorum, et facinorum detrimentum : requies salutis, et purificationis exilium : vita spiritus, et carnis interitus : status qualitatis angelicæ, et funus humane substantie. Hujus refinatio, et omnis obscenitas frater, et compedibus ejus calcis furentis libidinis statuuntur.

S. Ephrem, serm. *De Castitate*: « O castitas oculorum frenum, que a tenebris ad lucem totum corpus transfers! O castitas que carnem castigas, et in servitatem rediges, et ad celestia velocissime penetras! O castitas que cor possidentis to letificas, et anime ad celestia alas adjungis! O castitas que spiritale gaudium paris, et meorum auferis! O castitas, que passiones minuis, et animum a perturbationibus liberas! O castitas, que justos illuminas, et diabolo tenebras offundis! O castitas, que pigritudinem depellis, et patientiam affris! O castitas, currus spiritalis possessorem suum in sublime evches! O castitas que rose instar in medio animas et corpora flores, universamque domum odoris fragrantia repleas! O castitas, precursor atque cohabitator Spiritus Sancti! » Ut hanc puritatem assequentur conjuges nonnulli illustres, confitiantur in coniugio ex multo consensu servarunt. Ita fecerunt S. Ammon cu' uxore, Euphraxia ex familia Theodosii imperatoris orionda cum Antigono marito, Anastasius cum Theognia, Eucharistus cum Maria, Magna cum marito, Olympia cum Nebradio, ut patet ex eorum Vita. Plures citavi I Cor. cap. viii, vers. 6.

Quare hoc tantum castitatis donum nemini sine peculari Dei gratia, et multa oratione obtinetur. Testis est S. Augustinus de seipso, lib. X Confess. xix: « Tota spes, ait, mea non nisi in magna valde misericordia tua. O amor qui semper ardes et nunquam extinguieris, charitas, Deus meus, accende me. Continebo te jubes, da quod jubes, et jube quod vis. » Hinc eliam solebat Deus virginis et castos tueri, ut istar amianti sint ab igne inviolabiles. Nec enim ignis in eis inventus viscus aut sordes, quas adurat. Ita S. Cunegundis uxor Henrici Imperatoris, ut suam virginitatem marito probaret, nudis et illeksis pedibus super ferrum candens ambulavit. Ita Theognis jussu S. Basilii exiens in sinum carbones ignitos, illeso sine eo gestavit, et quod in coniugio cum Anastasio marito continentiam servaret: testis est Amphilius in Vita S. Basili. Ita et Abbas ille qui Porphyriam meretricem convertit, cum in suspicio-

nem fornicationis cum ea venisset, ab ea se purgavit igne, quem in veste illata portavit, ut habetur in Vita S. Joannis Eleemosynarii.

3. SIN ALTEM FEMINAM PEPERERIT, IMMUNDA ERIT V DUBABUS HERBOMADIS, JUXTA RITUM FLUXUS MENSTRUI (puta 14 diebus, quod erat duplum dierum separationis, si peperisset masculum), vers. 2, ET SEXAGINTA SEX DIES MANERIT IN SANGUINE PURIFICATIONIS SUE. — Ita ut additis prioribus 14 diebus, quibus omnino fuit separata, fiant 80 dies purificationis, qui sunt duplum purificationis in partu masculi : in eo enim tantum statuti sunt 40 dies, vers. 4.

Quares, cur in partu masculi tantum 40, in parta vero feminis statuuntur 80 dies purificationis?

Respondent Isychius et Cyrillus, lib. XV *De Adoratione*, et Maldonatus in *Luo.* II, 22, tot dies appositi ad naturalem mari et feminam formationem, constitutis esse: nam maren formari et perfecte organizari 40 diebus, idque 40 die amari. Mox enim ut fetus perfecte formatus est, animatur, ut docent medici: feminam vero formari et organizari per dies 80, idque ob debilitatem caloris et virtutis seminalis. Jam hanc formationem mari et feminam fieri ex sanguine manstruo: unde nec tune mulierem gravidam mensuram pati, ob que ex lege *Numer.* cap. xv, 49, immunda fuisset, ideoque post partum tot diebus censeri immundum quot relinquit menstrua, et ex sanguine menstruo fetus efformavit, et quod menstruum haec per partum effuderit.

Moralem vero causam esse, quia quod diebus problem efformavit, totidem quasi in eamdem peccatum originale transmisit; unde totidem diebus purificari debere.

Verum huic sententia repugnant medici: nam Lævinius Lemnius, lib. *De Occulis naturæ mirabilis*, cap. xi, docet maris formationem absolu aliquando die 30, aliquando 35, aliquando 40, aliquando 43; feminam vero num 33, num 40, num 43, num 30. Hippocrates vero, lib. *De Naturâ fetus*, num. 10, docet masculum ut longissimum 30 diebus forniari; feminam ut longissimum dies: foetus masculi partum durat 30, post feminam 42, ut longissimum.

Hinc secundo, alii censem hic spectari tempus non formationis nee animations fetus, sed motus quo se fortis in utero prodi: nam, ut docet Aristoteles, lib. VII *Histor. animal.* cap. iii, masculi ut plurimum circa 40 diem in dextero uteri latere movere se insipient, feminae vero circa nonagesimum diem, idque in sinistro matrix latere. Verum nec hoc per omnia huic legi et temporis respondet, neque certum aut usquequam que verum est: nam Hippocrates, lib. *De Animali*, et ali docent, neque formationis, neque motus, neque partus hominis simplex et commune omnibus statutum esse tempus, sed va-

rium et multiplex. Adde hanc purgationem non tam ex formatione vel morte, quam ex immunditia partus spectandam esse.

Unde tertio, probabilius respondet Franciscus Valesius, medicus Philippi II regis Hispanie, libro *De Sacra Philosophia*, cap. xviii: « Notandum, inquit, est duplo ex utero post partum vacuationem fieri: primam sanguinis copiose fluentis, ut singulis mensibus mulieribus fieri solet; secundam aliorum excrementorum, cum exiguis sanguine fluenti paulatim. Ultraque est ei quem mare perperit brevior; nam cum feminis humidores et excrementos sicut quam viri, necessare est eorum principia in ortu humidiora esse, quam sint virorum. Unde experientia constat, non mares, sed feminas ab illis mulieribus concepi, quia aut natura sunt, aut quas ex accidente in conceptu contingit esse excrementos; indigent ergo tales purgatione diuturniori. Et licet Hippocrates, lib. *De Genitura*, longissimam expurgationem ejus que perperit maren, censeat esse 30 diem; ejus que feminam 42, tamen ex his S. Scriptura auctoritate et lege, colligit priorem vacuationem in maribus posse fieri ad septem dies, in feminis ad quatuordecim; posteriori in maribus ad 40 dies, in feminis ad 80, posse extendi. » Hucusque Valesius.

Hoc enim inuictum verbaverunt Mosis dicentes: « Sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sue, » quamquam hic locus non plane convinxit; nam dici posset cum Vatable, eam qua part feminam, per 80 dies censeri immundam, eique juveri ut maneat in sanguine purificationis sue, non quod tandem fuit sanguis post partum, sed quia legaliter ex hac lege tandem habetur immunda, propter fluxum sanguinis quem passa est per septem dies a parti, ideoque per 33 dies consequentes adhuc censere esse in sanguine sui fluxu, eisque purificatione legali, quam ex hac lege peragere jubetur.

Dico ergo: Propria et genuina causa hujus sanctionis et disparitatis est voluntas et beneplacitum Dei, qui in partu mari statutu 40 dies purificationis, in feminis 80; idque apposite ad naturam, ob maiorem scilicet in parti feminae humorum fluxum, et sanguinis corruptionem, ac parentis majorum languorem: nam, ut docet Theodoreus, gravius laborare solent mulieres dum feminam parunt, quam dum masculum. Huic iunge congruentiam Valesii iam dictum, quod scilicet fluxus sanguinis in parti mari durare possit ad quadragesimum diem, in feminis ad 80, aut potius quod hos terminos nunquam excedat, ita ut hunc termini definiti, non tam maximum sive plurimum quod sic, quam plurimum et maximum quod non, uti loquuntur Physici.

Tropologice, mulier pariens masculum est anima perfecta, perfectas excelenas virtutes; haec una quadragesima, id est penitentia hujus vite ante mortem purgatur, ut statim post eam evoluta

Mellus
ali censem
sent fuisse
ad solus
matris
puerpe-
ra.

ad colum; sed feminam pariens, id est que remissio ad virtutum culmina non contendit, hæc post hanc quadragesiman penitentia, aliam in Purgatorio subibit. Ita Radulphus.

6. CUNQUE EXPLLETI FUERINT DIES PURIFICATIONIS SUE, PR FILIO SIVE PRO FILIA, DEFERET AGNUM ANNICULUM IN HOLOCAUSTUM, ET FULLUM COLUMBÆ SIVE TURTUREM PRO PEGGATO. — Questio hic est, quoniam referendum sit et pro filio sive pro filia, an ad sequens defert agnum in holocaustum, an ad precedens dies purificationis. Alii enim et plures erant dies purificationis pro parte filii quam filii. Ex hac questione pendet et resolvenda est alia questione, an sacrificia hic prescripta oblatia sint pro prole, an tantum pro matre pariente, an pro matre et prole simul? Varijs hic sunt interpretum et Doctorum sententiae.

Muli censem hec sacrificia fuisse oblatia in holocaustum et pro peccato, tum matris, tum prolis, Ita S. Augustinus, *Quest. XL*, Hugo, Rupertus hic, Beda, et Euthymius in *Lac.* II, Barradus, lib. X, cap. IV, V, VI, et S. Eligius, hom. *De Purificatione*; licet enim per sacramentum circumcisiois fuerit infama purgatus a peccato originali, tamen adhuc cum matre censebatur esse immundus legaliter: erat enim adhuc quasi unum cum matre. Unde enim mate per sacrificium hoc expiabant et sanctificabantur magis. Deoque hæc legali ceremonia consecrabitur. Hinc sententia fuit id quod canit Ecclesia in *Respons.* 2 et 3 primi nocturni in festo Purificationis: « Obtulerunt pro eo (puero Jesu) par turram, aut duos pullos columbarum. »

Verus probabilius Jansenius, cap. x *Concord.* Toletus et Maldonatus in *Luo.* II, 22, et alii, censem mulierem parientem hec oblitisse pro purificatione non prolis, sed sui solius; id enim dicitur *defert* diec vers. 7: « Offeret (sacerdos) illam coram Domino, et orbit pro eo (non pro eo, scilicet puer), et sic mundabitur a profluvio sanguinis sui. » Rursum, vers. ult.: « Orbitaque pro sacerdos, et sic mundabitur. » Quare quod cenant in festo Purificationis: « Obtulerunt pro eo, » intellige indirecte et concomitantem, q. d. Obtulerunt pro parti eius, sive quia cum Beata Maria peperit. Proles ergo non hoc sacrificio, sed circumcisio purgabatur a peccato originali; deinde si erat primogenita, sistebatur Domino, et redimebat quinque sidiis, ut patet *Numer.* III, 47, collato cum *Exod.* xii, 13; quæ lex redempcionis prolis primogenite aia est ab hac lege purificationis: haec enim solam matrem puerperum spectat. Unde vers. 7 dicitur: « Ista est les parentis masculum aut feminam. »

Hinc sequitur et pro filio sive pro filia referendum esse, non ad defert, sed ad dies purificationis, qui alii erant in parti filii, puta 80, alii in parti filii, puta 40 explendi, antequam mater ad templum venire, ibique se per sacrificia hic prescripta expiare. Id clarus significant Hebreæ et Septuaginta.

COMMENTARIA IN LEVITICUM, CAP. XII.

DEFERET AGNUM ANNICULUM IN HOLCAUSTUM, — ut gratias agat Deo, quod pericula partus evase-
rit, utque prolem cum agno in holocaustum offre-
rat Deo, qui eam benedictat, siue agninae inno-
centiam tribuat et conservet.

ET PULLUM COLUMBÆ SIVE TURTUREM PRO PECCATO,
— puta pro immunditia et irregularitate legali in
partu contracta, tollenda. Hec enim immunditia
vocatur peccatum, scilicet legale; presertim quia
ipsa ex peccato originali orta vitium in Adamo
propaginum nostrum clare significat, inquit Izy-
chius et S. Augustinus. Sic immunditia legalis
contracta ex lepra vel inuenientia, vocatur peccatum,
cap. xiv, 12, et cap. xv, 30. Secundo,
similiter etiam haec offert puerpera pro peccatis
proprie dictis, si que in puerperio vel alias ad-
misit.

Aposite conjugate et puerpera victimam purifi-
catoria præscribitur turtur aut columba; nam
turtur genitus symbolum est luctus et penitentie.
Nam, ut ait Poeta :

Nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo.

Sic gemere non cesseret penitens donec purifice-
tur. Vox ergo turturis auditu in terra nostra, est
vox Magdalene genitrix.

Rursum : « Physiologi, inquit S. Hieronymus,
lib. I *Contro Justianum*, tradunt hanc turturis esse
naturalum, ut, si parent perdiderit, alteri non jun-
gatur; et intelligamus bigamiam etiam a multis
avibus reprobari. » Christus tamen non reprobat
secundas nuptias, sed eis praesertim viduitatem et
continuitatem.

Columba vero symbolum sunt castimonia et
fidei conjugalis. Nam, ut ait Plinius, lib. X, cap.
XXIX : « Pudicitia columbus prima est, et neutræ
nota adulteria; tori fidem non violant, commun-
nemque servant domum, imperiosos mares, sub-
inde etiam iniquos ferunt. » Sic conjugis pudicitia
sit prima ut columbus, neutri nota sint adul-
teria, conjugi fides communemque dominum
servant, filios diligunt, et in Dei lege erudiant;
uxor viri imperium, etiamsi difficile sit, tolerat.

Tales turtures et columbas etiam apud Gentiles
fuerunt. Valeria rogata cur, defuncto Servio Mar-
rito, nollet denuò nubere? « Quia, inquit, Servius
meus licet alii defunctus sit, apud me vivit, vive-
que semper. » Anna florens etate et forma, mo-
nita ab amicis ut, mortuo marito, secundum ac-
cipiter, tum ob spem prolis, tum ob amorem mu-
tuum, respondit : « Nullo pacto hoc factura sum.
Si enim homo viro nupsero, nolo posthac timere
ne amittam; si vero malo, que me eaperet de-
mentia, ut post optimum talen admitterem? »

Martia Catonis filia, rogata cur post mortem mariti
nollet alteri nubere, respondit : « Quia non facile
invenero virum, qui me magis velit quam meus;
et rursum : « Felix, inquit, ac pudica matrona
non habet nisi semel. » Eadem cum diutius lug-
ret maritum, rogata, « quem es? habitura diem

Iustus ultimum? » respondit : « Quem et vite. »
Recte Properius, *Epigram. 18* :

Exemplo juncte tibi sicut in amore columba,
Masculus et tolta femina conjugium.

Denique S. Ambrosius, lib. V *Hexam.* cap. xix :
« Hanc avem, inquit, Dei lex, velut castæ hostiae
minus elegit; que cum Dominus presentaretur,
oblatæ est, quia scriptum est in lege Domini, ut
darent per tuturam, aut duos pullos columba-
num. Hoc est enim verum Christi sacrificium, pu-
dicitia corporalis et gratia spiritualis; pudicitia ad
contrafacta ex lepra vel inuenientia, vocatur peccatum,
cap. xiv, 12, et cap. xv, 30. Secundo,

similiter etiam haec offert puerpera pro peccatis
proprie dictis, si que in puerperio vel alias ad-
misit.

Fuit Averni pupilla quedam religiosa, atque
devota Deo, qua in rure commanens, quo ab ur-
bica turba semota, liberius dignas Deo laudium
hostias exhiberet, quotidie jejuniis et orationibus
bus insistebat. Factum est igitur, ut migra ab
hoc mundo, ad basilicam oppidi causa sepeleendi
portaretur. Verum ubi levato foreto corpus per
viam ferri cepisset, adveniens græx magnus col-
lumborum super eam volare cepit, atque huic illuo
volando sequi, quo hæc proximis ferebatur.
Quia in basilicam delata, græx totus super
textum edis ipsius visus est consedisse; illaque
sepulta ad celos evolaverat columba. Unde non
inmerito Georgia nuncupata est, que sic exercit
mentem cultura spirituali, ut adepti virginitatis
sexagesimi fructus proventu, egrediens de saeculo
celestibus honoraretur exequiis, inquit S. Gre-
gorius.

Referit Ado, et ex eo Baronius, anno Christi 440,
Julianam sanctam virginem et martyrem a Felice
princeps exarnificatam, et tandem crucifixam,
de cuius ore columba exiit et in colum evola-
vit.

S. Gregorius, lib. IV *Dialog. cap. De Spæ.* Abbe
mortuæ ita scribit : « Omnes fratres ex ore
eius exisse columbam viderunt, quæ mox aperio
te oratori egressa, penetravit colum. Cujus
ideœ animam in columba specie apparuisse
crederendum est, ut omnipotens Deus ex hac ipsa
specie ostenderet, quam simplici cordo ei vir ille
serisset. »

7. ET SIC MUNDABITUR A PROFUVIO SANGUINIS SUI,
— puta immunditia legali quam contraria ob
fluxum sanguinis puerperi (est metonymia vel
catæchesis), ut deinceps sanctuarium adire, sacra
tangere, offere victimas alias, lisque vesci possit.
8. QUOD SI NON INVENERIT MANUS EJUS, NEC POTU-
BIT OFFERRE AGNUM. — Hebraici, si non invenerit
manus ejus sufficietiam agni, id est pretium quod
sufficit ad emendum agnum (ita Chaldaeus et
Septuaginta), puta si sit pauperior, sumet duos
turtures vel duos pullos columbarum: unum in
holocaustum, et alterum pro peccato. Divites ergo

COMMENTARIA IN LEVITICUM, CAP. XIIII.

puerpera debebant offerre agnum in holocaustum,
et tutturem vel pullum columbae pro peccato;
pauperes vero tantum duos tuttures vel
duos pullos columbarum: unum in holocaustum,
alterum pro peccato, ut fecit Beata Virgo, et spi-
ritu eius spiritu erat pauper, puta quia amans erat
pauperitas, ut vult Abulensis, sed quia revera
censu erat pauper et indigens: de talibus enim lex
huc loquitur.

Moraliter, dico hic quod sit S. Gregorius Na-
zianzenus, orat. *De S. Baptismo* : « Nihil, inquit,

magni estimatur apud Deum, quod non pauper

quaque donare possit. » Deus enim non tam do-
num quam *jejunans* affectum poscit; et, ut ait

S. Gregorius, hom. 3 in *Evang.*, « ante oculos dei

numquam est vacua manus a munere, si fuerit

area cordis repleta bona voluntate: nihil enim Deo

offeritur diuina bona voluntate. » Hinc D. Gerson

Cancellarius Parisiensis : « Deus, ait, non querit

nominis, sed adverbia, » id est, « non attendit

qui facias, sed quomodo, » ut ait S. Bernardus.

Hinc Christo pro omnibus aliis magna offerentibus

placuit viduæ duo tantum offerens minuta.

Si ergo multum habes, multa da; si parum, da

parum, sed magna et liberaliter voluntati dandi

plura, si haberes; ita liberalitas cordis tui provocat

liberalitatem Dei erga te ut plura acipias: non enim patitur Deus ut liberalitate vincit. Narrat

Leontius de S. Joanne Eleemosynario Patriarcha

Alexandrinæ rem miram : « Multas, inquit, bene-

ditiones mitti ut Deus, sed non dimittit quidam

quod non statim dat pauperibus. Multoties

in exultatione invenerunt eum quidam dicentem

Deo: Sie, sic, aut tu mittendo, aut ego disper-
gendo, videbimus quis vincat. Liquet enim quo-
nam tu dives, Domine, et vite nostra miserator
es. »

Nota : Cum purificatione puerperæ simul offe-
rebat infans Deo, si erat primogenitus, ut patet
Luc. ii, 22, et redimebatur quinque solidi, ut patet
Numer. xviii, 46. Porro verisimile est prius puri-
ficata fuisse matrem, deinde obtulisse suum
infantem, ut censem Franciscus Lucas in *Luc.* ii.

Ubi nota : utriusque hujus ceremonie hic erat

ritus et ordo.

Primo, puerpera veniebat ad atrium immundo-
rum, ibique consistebat; nec enim atrium immundo-
rum ingredi poterat, utpote immunda, ante
purificationem.

Secundo, offerebat tuttures vel pullum columbae
pro peccato: verisimile est eam quoque aspersam
fuisse aqua cinerea vitulari rufa; illa enim erat
antiqua aqua lustralis in omni purificatione.

Tertio, offerebat infantem Deo, eumque redi-
ebat.

Quarto, peractis omnibus, in gratiarum actione-
num offerebat Deo agnum vel tutturem, aut pul-
lum columbae in holocaustum. Sed de his plura
Luc. ii. Hic duo ultima offerebat puerpera (utpote
cum purificata) existente in atrio mundorum. Ibi
enim offerebat infantem ad ostium tabernacula, ut
ibique eminet spectabat holocaustum suum, quod
offerebat in atrio sacerdotum; nam inter atrium
sacerdotum et laicorum, tantum intererat murus,
sive septum altum tres pedes, ita laici ex suo
atrio spectare possent victimas et alia que fiebant
in atrio sacerdotum.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Describuntur signa et septem species lepra: prima est lepra alba et lucens, vers. 3; secunda est lepra recur-
rens, vers. 7; tertia est lepra inolita, vers. 10; quarta est lepra mundissima, vers. 13; quinta est lepra
capitis et barbae, vers. 29; sexta est lepra in calvito, vers. 42; septima est lepra vestis, vers. 47. Deni-
que, vers. 44, quinque mandantur leproso: primo, ut habeat vestes dissimiles; secundo, caput nudum;
tertio, os tectum; quartu claret se sordidum; quinto, solus habitet extra castra.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens: 2. Homo, in enjus cuta ex
carne ortus fuerit diversus color sive pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga
lepra, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus. 3. Qui cum
viderit lepram in cuta, et pilos in album mutatos colorē, ipsamque speciem lepra hu-
miliorem cuta et carne reliqua, plaga lepræ est, et ad arbitrium ejus separabitur. 4. Si
autem lucens candor fuerit in cuta, nec humilior carne reliqua, et pilis coloris pristini,
recludet eum sacerdos septem diebus, 5. et considerabit die septimo; et si quidem lepra
ultra non creverit, nec transierit in cuta priores terminos, rursum recludet eum septem
diebus alius, 6. et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, et non creverit in